ULB Düsseldorf

+4063 709 01

# REGESTA

sive

# Rerum Boicarum Autographa

ad

annum usque MCCC.

e

Regni Scriniis

fideliter in Summas contracta

juxtaque genuinam terrae stirpisque diversitatem

in

Bavarica, Alemanica et Franconica

synchronistice disposita

curâ

*Caroli Henrici de* Lang

Sacrae Coronae Bavaricae Equitis aurati.

Volumen II.

*Monaci*

Impensis Regiis

1823.

D. Sp. G. 195

KŒNIGL: BIBLIOTHEK ZU DUSSELDORF

Non haberemus, quae Regestorum huic secundo volumini, felici jam successu prodeunti, praefationis loco ultra adderemus, nisi pro iis, quae a doctissimis quibusdam viris animadversa sunt, dubitatio nos subiisset, an satis clara cunctis et perspicua fuerint, quae rem exorsi de operis nostri ratione atque instituto praemisimus. Itaque primum monitum velimus, nos hoc Regestorum opus non procul ab ipsa urbe, et e longinquo quasi, sed Monaci inter ipsa Archivi Regii secretissima abdita inchoasse et perfecisse, non inspectis obiter Archivi repertoriis vel commentariis inhaerentes, sed singularum chartarum momenta nostris ipsorum oculis scrupulose examinantes, et ad omne reliqui auxilii genus tam Monacensis, quam Provincialium Archivorum Collegas invocantes, quibus suam laudis partem nequaquam praereptam cupimus. Quo factum, ut a nostro ad urbem Onoldinam secessu nil superesset, tametsi etiam hoc non parvi aestimemus, nisi ut collectas undique chartarum summas inter se compararemus, superflua verba succidendo brevissime coarctaremus, emendaremus, ordinaremus, ad prelum praepararemus, atque diligenter et quan-

tum potis accurate imprimendis invigilaremus. Hinc non est, quod vel ex Urbe vel ex provinciis aliquam exspectes chartarum novarum copiam, quae sicubi sint aliorum in collectionibus indicatae et comprehensae, certum est, eas in nostris tabulariis non inveniri, vel deperditas, vel aliis in locis absconditas. Nec tamen in fine operis deficiet mantissae libellus, quaecunque praetermissa forte sunt, vel recens detecta et recuperata, fideliter suppleturus. Inter ea, quatenus ex Rhenanis Bavariae terris, tunc temporis, quo Regesta nostra concinnavimus, Regno nondum subjectis, locuples quidam documentorum numerus proditurus sit, qui operis nostri terminum, annum scilicet MCCC. non excedat, nescimus adhuc dubitamusque adeo, quum praeter ea, quae ex Schaffnaburgensibus chartis inter Franconica locavimus, ex urbe Spira, per saecula tot tantisque cladibus et incendiis perturbata, praecipua quaedam scripturae monumenta servata esse vix credamus; nec speremus, sparsos quoquoversum ab hostibus thesauros tam brevi receptum iri et recollectum; quod ut fausto quodam omine, et per hunc ipsum constitutum Rhenanae provinciae Archivum contingat quondam, ad interioris Bavariae et Franconiae historiam, quam Regestorum nostrorum spectat institutum, ob longissimam quippe terrae distantiam, minus tamen conducet. Brixinensia vero multa, Tirolensia nonnulla vetusta, et Austriaca quaedam admiscuimus eo tempore, quo in manibus nostris eas adhuc habebamus et quo Brixinensis Archivi partes ipsi invisimus. Non enim ingratum quidquam nos facturos esse sumus rati, si, quae tum temporis haberemus, nec patriae nostrae historiae prorsus aliena viderentur, impertiremus, et ubi non dabatur ultra, tamen quodam certe prodire tenus conare-

mur. Lunaelacensis vero monasterii chartas, quamvis eae quoque hodiernae Bavariae historiam parum forte adtingerent, et ipsas proferre nobis non licuit, hac sola de caussa, justa satis et jam allata, quod eas non habuimus unquam.

Volebant utique alii, ut chartis nostris, quas autographas tantum, aut *originales* dictas, re vera in Archivis superstites, admisimus, intercalares quoque istas omnes adjiceremus, quarum tenorem *ex aliis scriptoribus et collectionibus* cognitum duntaxat habere potuissemus et perspectum. Hoc ut praestaretur, non stetit per nos, qui solum Regio defuncti sumus mandato, ut omnes Archivorum genuinas literas conscriptas daremus et congereremus, ad quod ipsum perficiendum Regiae munificentiae subsidio sumus adjuti, non ad colligenda Bavaricae historiae monumenta, externa, dubia iuxta, valida quaevis et obsoleta, diversa et inter se contraria; cujus operae, difficillimae profecto, lauream, peractis hisce nostris laboribus, si qui postea studii nostri aemuli prodituri sunt, ducimus relinquendam.

Illud etiam in opere nostro animadversum est, nos saepenumero quidem auctores, per quos chartarum exemplaria exscripta sint, laudasse, saepius tamen alios, qui itidem alia expromsissent, praeteriisse; id quod confiteamur oportet. Etenim ex omnibus hisce scriptoribus, latius diffusis, eos tantum protulimus, de quibus nobis ipsis tum temporis, quum chartas congessimus, constabat, quique nobis praesto erant ad manum usumque. Quis enim promovendi et finiendi aliquando negotii sui memor, justi temporis ratione habita,

omnes perscrutatus bibliothecas, cuncta vellet comprehendere, singula quaeque tenaciter reminisci, atque ex omni recentiorum scriptorum copia ad unguem usque extricare, quae saepius nullo adeo temporis vel regionis discrimine, nec ullius Indicis auxilio, promiscue ubique sint dispersa? Quae tamen ut in dies suppleantur, curabimus, et, quae aliorum benevolentia suggesserit, grato animo accipiemus, quamvis forsitan haud raro evenerit, ut, magno librorum acervo pervestigato, libellorum farragine frustra excussa, rectius sibi aliquis ad invisendas chartas in ipsis Archivis viam aperuisse videatur.

Desideratum quoque a quibusdam cognovimus, ut volumina nostra maxima esse forma nobis placuisset, non quaternaria. Atque nec id quidem male, maxime siquidem in servanda synchronistica chartarum collocatione neque spatiorum vacua, neque impensas auctum iri verearis. Quacunque tamen forma nos usi fuissemus, non defuissent certe, qui maluissent aliam.

Respondendum denique, qua caussa permoti nos singulas quasque chartas secundum artis diplomatices notas graphicas, ut vocant, semioticas et formulisticas describere neglexerimus? Ad id, si locus, tempus viresque suffecissent, quas non parvas, qui vere rem aestimare velit, habuerit, consiliique id fuisset, rem suo ipsam molimine gravem per tot minutiarum ambages in infinitum extrahere; quis quaeso! tandem ex his decies millies adpositis vix unum alterumve curiose perscrutatus, tanquam lautius quidquam degustasset? vel quid obstaret denique, quo minus cujuscunque chartae accurate delineatae similitudi-

dinem — *Fac simile* dicunt — exposcerent? Iustum est, quemque ex eo censeri, quod sibi praestandum proposuerit. Nam conatus, quicunque sint quantumvis insignes, facile deminueris, si, quod ter quaterve majus perfici potuisset, vel mente percipi, et sic quae ultra forent semper vel aliter gerenda aliosque fines objicias.

Non sumus tamen, qui in tot hominum erroribus Nobis quandam adsumamus auctoritatem, falli velut nesciam; sed qui nonnulla, quae peccata sunt in primo Volumine, parum refert nostra an aliorum culpa, expianda jam offerimus, rogantes, ut pag. 42. ad annum 979. in charta Sabianensi (in quibus omnibus ad doctissimi *Reschii* et *Simmacheri* Fastos remittere curabimus) pro Fillae legatur *Fillac;* pag. 94. non Ocules sed *Otales;* pag. 101. in subjecta adnotatiuncula non 1277. et 1278. sed 1077. 1078; pag. 102. Nortberti literis de anno 1083. laudandus subjungatur: „*Hund* II. 385"; pag. 122. Ensdorfensi privilegio de anno 1124 „M. B. XXIV. 14,"; ut Hagenonis militis de Tanheim charta pag. 354. perperam ad annum 1190. congesta, ad annum 1133. circiter referatur, testantibus M. B. XXIV, 13. et *Ried* num. 212; ut pag. 147. Alemanicae chartae anni 1136. ad vocem Aichheim et Nallingen interpretationis caussa adjiciatur: „*Eichhöfe* juxta villam Nallingen, praefecturae Blauburanae"; pag. 166. chartae Ensdorfensi itidem: „M. B. XXIV. 30."; similiter pag. 220. Ensdorfensi chartae contra colonos in Rechart: „M. B. XXIV. 32."; ut pag. 258. ad annum 1166. pro „Alexandro Papa anno Regni Friderici Imp. III." rectius ponatur: „Alexandro Papa III. regnante Friderico Imp. M. B. XXIV. 37.";

pag. 260. Eilikae literis de anno 1166. (non circiter) addatur: „Ind. XIV. M. B. XXIV. 34.“; pag. 264. Eberhardi literis de anno 1168: „M. B. XXIV. 38.“; pag. 277. charta Alemanica Friderici I. expleatur sic: „Otto et Hartmannus *Comites de Kirchberg*, *Theobaldus* et *Heinricus*, Comites de Lechsgmunde, vid. *Feyerabend* Ottobeur. Jahrbücher II. 826“; pag. 302. charta Altmanni Ratisponensis, non Bambergensis, Praepositi, in caussa Wilburgae *Conversae*, non Comitissae, penitus eliminetur, utpote non ad annum 1179. sed ad annum 1279. pertinens; ut pag. 352. chartam Episcopi Pragensis non ad annum 1190. sed ad annum 1193. circiter referas et pro Facensi legas *Sacensi*, pro Dadhc rectius *Cladz*; ut pag. 364. Ensdorfensi chartae infimae subjicias: „M. B. XXIV. 40.“; pag. 383. denique chartam Ottonis Babenbergensis Episcopi ex anno 1199. in annum retrahas 1192. vel 1194.

Nec, quae alia forte sunt menda, sicubi offendemus, delitescere sumus passuri. Dabamus Onoldi Calendis Novembribus CIƆIƆCCCXXIII.

# REGESTA.

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1201. | Innocentius Papa III. Hospitale in Zilerstal sub protectione sua suscipit. Dat. Laterani III. Kal. Febr. (30 Jan.) Pontif. anno III. | | |
| 1201. | Idem confirmat privilegia Chiemensia, Hospitale scilicet S. Johannis in Zilerstal, ecclesias in Ruetering, Pruting, Extet, Harde, Grazowe, redditus salinae in Tuval, et possessiones apud Saxin. Dat. ibidem et eodem. | | |
| 1201. | Wolfkeri, Pataviensis Episcopi, charta super remissione novi thelonei navibus, pecorum et jumentorum cutes portantibus et Pataviam transeuntibus, impositi. Data Patavie in Castello Orthe. III Kal. Maii. (29 April.) Pontif. a. II.<br>vid. Gemeiners Darstellung des alten Salzhandels. *Ried* l. c. num. 301. | | |
| 1201. | Eberhardus, Archiepiscopus Salisburgensis, Chiemseensis parthenonis privilegia confirmat. Act. in civitate Salzburg. Ind. IV. Pontif. anno II. (M. B. II. 449.) | | |
| 1201. | Ulscalcus, Augustensis Episcopus, fratribus in Pollingen tradit ecclesiam in Tutenhusen. Act. Ind. II. (V?) (M. B. X. 46.) | | |
| 1201. | Philippus, Romanorum Rex, ecclesiam Steingademsem in protectionem suam recipit. Conradus, Herbipolensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius, recognovit. Act. Ind. V. Regni anno IV. Dat. apud Norinberge, XII. Calendis Octobris. (20. Sept.)<br>(M. B. VI. 505.) | | |
| 1201. circiter. | L. . . , Dux Bavariae hominibus quibusdam de Rintal, ex familia sua in Hablinga in Sueviam secessis, liberum recessum in terram suam pollicetur. | | |
| 1201. | . . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Timonis Babenbergensis Episcopi consensu hortus inter ecclesiam et nemus sancti Jacobi, versus occidentem situs, quem Engelhardus, quondam majoris ecclesiae Decanus, a Poppone ipsius ecclesiae praeposito, comparavit, in perpetuum subsidium Canonicorum sancti Jakobi et in annuam pensionem XL. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | | nummorum pro luminaribus dormitorii sororum apud sanctum Egidium dedicatur. Act. Ind. IV. Episcopatus Tiemonis anno VI. |
| 1201. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Tiemo, Babenbergensis Episcopus, super altare sancti Georii titulo donationis offert advocatias civitatis Babenbergensis et foresti in Miheilove (Michelau praef. Lichtenfels.) Act. Ind. IV. Pontif. anno VI. |
| 1201. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hartmannus, civis Wirciburgensis et Ellihindis uxor, Heinricho ecclesiae S. M. V. in Cella ministro delegant curiam suam in civitate Wirciburg. Testes: Adelhunus (pincerna?) de Telheim, Heinricus camerarius. Acta Conradi Episcopi anno IV, Bertholdo urbis praefecto. |
| 1201. circiter. | Albero, Sancti Emmerami Prior, Eberhardo abbati ibidem delegat tres vineas in Swabelwis (Schwabelweis infra Ratisponam), quas proprio labore runcavit. | . . . . . . . | Ulricus, in monte sancti Michahelis Abbas, Ulrico Rasppelin in feudum confert hortum juxta molendinum Ahsdorf (Altsdorf, praef. Burgebrach), ea conditione, ut monasterii fratribus uvas vini, sicut crescit circa montem Sancti Michahelis, annuatim ministretur. |
| 1202. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa III ad componendam litem inter monasterium sancti Emmerami et Canonicum Eistetensem, de jure patronatus ecclesiae in Husen (Hausen prop. Greding) judices delegat. Dat. Laterani V. Id. (9.) Aprilis, Pontif. anno IV. |
| 1202. | Coram Ludovico Duce Bavariae lis inter Heinricum de Eisenberch et monasterium Pellingen super tribus curtibus, monasterio a Duce Chunrado de Dachowe quondam donatis, dirimitur. Act. XII. Kal. Julii (20. Junii) (M. B. X. 47.) | | |
| 1202. | Monasterii Sennensis privilegia per Eberhardum Archiepiscopum Salzburgensem confirmantur. Actum in Salzburg Ind. IV. (V.) Pontif. anno II. (M. B. II. 131.) | | |
| 1202. | Ejusdem privilegium super parochia Olingensi. Act. in civitate Salzburch (M. B. II. 130.) | | |
| 1202. | Dietricus Comes Wasserburgensis et Hallensis, Attilensi coenobio donat villam Swaben. (M. B. I. 275.) | . . . . . . . | Gundeloldus, Decanus majoris ecclesiae in Babenberg, Heroldum quendam ad altare S. Georii delegat. Act. anno Regis Philippi IV, Tiemonis Episcopi IV. |
| 1202. | Bertholdus, Marchio de Vohburch, ecclesiae in Waldsassen confert duas partes decimarum in Mitterdinge. Testes: Rudgerus de Sperrinberg, Pertoldus pincerna, et Heinricus frater ejus de Vhoburch. | . . . . . . . | Testimonium miraculorum sancti Brunonis Episcopi quondam Wirzeburgensis. Conscriptum anno MCCII, luna vicesima secunda. |
| 1202. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conrado, Babenbergensis ecclesiae Electo, Heinricus et Hermannus de Geilenhusen, censuales ecclesiae Babenbergensis sese profitentur. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1202. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | W . . . (ulframo) beati Michaelis Abbati Heinricus de Eisch villam quandam Bechove dictam (Bösenbechhofen praef. Höchst.) hucusque in feodo possessam resignat. Test. Dominus Conradus Ep. Bambergensis. |
| 1203. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentii Papae III. protectorium pro monasterio Halsbrunnensi, Archiepiscopo Moguntinensi ejusque suffraganeis commendato. Dat. Laterani IV. Non. (2.) Februarii Pontif. anno V. vid. *Hocker* l. c. pag. 81. Nro 9. |
| 1203. | Philippus II. Romanorum Rex, monasterio Alderspacensi liberam advocati electionem confirmat. Dat apud Babenberg II. Kal. Martii, (28. Februar.) Ind. VI. (M. B. V. 362.) | | |
| 1203. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Reinoldus, majoris ecclesiae Wirceburgensis Canonicus et Archidiaconus, capitulo hujus ecclesiae delegat duodecim jugera vinearum in Thalsheim (Thelheim) et quatuor in Rudere. Testes; Otho major Praepositus. Persius Vicedecanus, Gerlacus Praepositus Novi Monasterii. Theodoricus Praepositus de Monte, Arnoldus Praepositus. Gothefridus Praepositus. Acta Ind. VI. mense Februario. Bertholdo urbis praefecto. |
| 1203 | Innocentius, Papa III. abbati de Raitenhaslach confirmat ecclesiam de Halspach. Dat. Laterani III. Id. (13.) Martii, Pontif. anno V. (M. B. VI. 362.) | | |
| 1203 | Idem confirmat traditionem Ecclesiae Briensis ad abbatiam Biemrensem. Dat. Laterani II. Id. (14.) Martii, Pontif. anno V. | | |
| 1203 | Idem Capitulum Salzburgense in causa Garzensis et Aunensis ecclesiae capellam de Urtin concernente judicem delegat. Eodem. | | |
| 1203. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, fratribus de Raitenhasla donat capellam, quae dicitur Sanctae Mariae in Monte. Dat. in claustro Salzburgensi ad Sanctum Rupertum V. Kal. Aprilis (27. Mart.) Pontif. anno III. | | |
| 1203. | Liupoldus, Dux Austriae, fratribus monasterii sancti Nicolai concedit liberum transitum per terras Austriacas, sine omni vectigalium exactione. Dat per manus Danielis Notarii. apud Newenburch, Ind. VI. VII. Id. (7.) Aprilis. vid. *Hund* l. c. II. p. 550. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Philippus, Romanorum Rex, cives de Urvèrsheim (Urfersheim, praef. Windsheim) allodia sua et libera praedia imperio offerentes, protegendos suscipit. Dat. apud Wirtzburg Non. (7.) Julii Ind. III. (VI.) |
| 1203. | Diericus, Comes de Wazzerburch, monasterio sancti Michaelis in Atel concedit decimas circa castra sua Wazzerburc, Werbere, Vichtinstain, Grizinstain Acta III. Kal. Augusti (30 Julii) Ind. VI. | | |
| 1203. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, fratribus in Reitinbuch donat ecclesiam in Halpach, capellam in monte Sanctae Mariae, et praedium adjacens grangiae, quae dicitur Harde, simulque confirmat decimas grangiae, quae dicitur Heringin, capellam in eadem grangia, curiam, quae appellatur Perchiem, et decimas in parochia Moringin. | | |
| 1203. | Idem dictis fratribus confirmat decimas in Salisburgensi Dioecesi, nominatim in Windenberge, Chunrsilingen, Harte, Lengental, Eringen et Sewarzingen. | | |
| 1203. | Wolfkerus, Pataviensis Episcopus, litem inter canonicos sancti Nicolai, et dominos de Tegernbach, super decimis in Griezchirchen et praedio in Tegernbach dirimit. Acta Pataviae. M. B. IV. 314.) | | |
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Reimbertus miles de Hedelsheduof capitulo majoris ecclesiae Wirceburgensis ad altare Sancti Pantaleonis tradit Eberhardum, jure proprietatis servientem. Acta Ind. VI. Berthaldo urbis praefecto. |
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa III. electionem Babenbergensis Episcopi Eckenberti confirmat. Dat. Anagniae XI. Kal. Januarii. (22. Decembr.) Pontif. anno VI.<br>vid. *Ussermann* pag. 139. |
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Echeberto Babenbergensi Episcopo pallii et crucis anteportandae honorem confert, ac abbatiam Munster (Münchsmünster, praef. Ingolstadt) cum ecclesia Sancti Sixti in eadem villa, nec non ecclesias in Carinthia et Conali, sub ea lege, ut pro indicio, quod Babenbergensis civitas specialiter sub beati Petri jure existat, equus albus, bene aptatus et faleratus Pontifici sistatur. Datum ibidem et eodem. Ind. VII.<br>vid. *Ussermann* p. 140. |
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem annuit, ut ecclesia de Ippehoven, vel aliqua alia, juri praesentationis abbatissae Ritzingensis subjacens, monasterio Ritzingensi, omni adeo subsidio destituto, pro auxilio deputetur. Datum Anagniae Eodem. |

B

| Annus | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1203. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1203. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1203. circiter | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1204. | Ludovicus, miles sanctae crucis et totius Bavariae Dux illustris, donatum a consanguineo suo, Ottone Palatino Comite de Witilspach, praedium in Loumeringen (Laimering praef. Aichach) monasterio sancti Udalrici (in Augusta) confirmat. Acta Ind. VII. praesidente sanctae Romanae ecclesiae Innocentio Papa III. Regnante Romanorum Rege Philippo, anno Ducatus XXVIII. (XXI.) Data per manum Bertholdi Scriptoris et notarii IX. Kal. Februarii, (24 Januar) Luna XXV. (M. B. XXII. 202. Maxime suspecta.) | |
| 1204. | Wolfkerus Episcopus Wernhardo Camerario sororibusque ejus, dimidium mansum liberi praedii in Gompoldingen ad altare beatae Mariae in Pataria offerentibus, jus ministerialium ecclesiae suae impertitur. Acta in ecclesia Pataviensi Ind. VII. VIII. Id. (8.) Martii, anno Episc. XIV. | |



## Franconica.

Coram Ekkiberto Babenbergensi Episcopo Juta de Messelsdorf praedium in Vulsbach (Fallshof) ad ecclesiam tradit S. Michahelis, et Niderndorf (praef. Burgebrach) ad hospitale pauperum. Act Ind. VI. Episcopatus anno I.

Coram eodem sorores in monte S. M. V. pro CL. talentis ab Ulrico Walpotone de Berneche coëmunt praedium in Nusezze (Neuses praef. Lichtenfels). Act. Ind. VI. Pontif. anno I.

Edelgerus, Decanus in Onoldesbach, Ulrico Cellerario et Gebehardo, concanonicis suis, vendit villam Wirschendorf (Wüstendorf. praef. Ansbach). Dat. sub Hermanno Wirceburgensi Episcopo.

Chunegundis filia Ottonis militis, consensu mariti sui Mirmelin et fratris sui Hermanni Elopis, capitulo majoris ecclesiae Wirceburgensis ad altare sancti Pantaleonis tradit Jutam cum Luchardi filia. Testes Gerlacus. Gotheldus de Chulenberc Praepositus. Acta Bertoldo urbis praefecto.

Capitulum majus judaeo Natan confert domum quandam in platea S. Georii sitam, a Warmundo genero Gerungi Divitis quondam Jacobo, Judaeo, filioque suo Natan et fratrueli Vivi oppignoratam.

Heinrici Wirceburgensis Electi consensu Hermannus Abbas de Eberach decimam in Sulrah (Sandrach, praef. Gerolshofen) ab ecclesia hujusce loci acquirit pro compensatione congrua, ecclesiamque de loco Sudrach in villam Michelowa (Michelau) suis sumptibus transfert, quam episcopus Heinricus consecravit et larga manu dotavit. Testes: Otto majoris ecclesiae Praepositus in Wirceburch. Helmericus Abbas Tarisiensis.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1204. | Leopoldus, Dux Austriae et Styriae, Manegoldo Tegernseensi Abbati confirmat facultatem constituendi judices aptos in praediis Liuben, Wachawe, Chreuspach, Erlaphe, Peranich et aliis V regalibus mansis, inter duos fluviolos Piestaich et Triestaiech. Dat. in Niumburch VI. Cal. Maii, (26. April.) Confirmat Ottocharus Dux, favorabiliter sigillum suum duplex appendens, Austriae scilicet equestre in reverso, Bohemiae in averso. Acta apud Chrems MCCLII, XII. Kal. Aprilis. (21. Mart.) | | |
| 1204. | Leopoldus, Dux Austriae et Styriae, monasterio Formbacensi immunitatem a teloneis et vectigalibus Austriacis concedit. Dat. in Nova Civitate XVI, Kal. Junii, (17. Maii.) (M. B. IV. 146.) | | |
| 1204. | Concordia per Eberhardum, Archiepiscopum Salzburgensem, inter monasterium Augense et Gurcense super capella Parten conciliata. Dat. Salzburg XI. Kal. Junii (22. Maii) anno Pontif. IV. Ind. VI. (VII.) (M. B. I. 65.) | | |
| 1204. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa III. monasterii Ebracensis possessiones sub beati Petri protectione suscipit. Dat. Romae apud sanctum Petrum per manum Johannis S. R. E. Subdiaconi et Notarii, III. Id. (13.) Octobris, Ind. VIII. Pontif. anno VII. |
| 1204. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hartwicus, Eistettensis ecclesiae Episcopus, ecclesiae in Halesbrunnen confert advocatiam pasturae pecorum in locis incultis juxta fluvium Nezelbach et vicum Hegelin, a Megenwardo de Mure resignatam. Dat. Ind. VII. |
| 1204. | Wolfkerus, Pataviensis Episcopus, Formbacensibus pro domu sua Pataviae jus civile concedit. Acta Pontif. anno XIV. | | |
| 1204. | Donatio praedii in Wurzach, per Heinricum de Holzen coenobio Atilensi pro resarciendis damnis illi illatis facta. Acta in Atilensi loco. (M. B. I. 275.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1204. circiter. | Urbanus Ratisponensis, nomine Valtenis de Giinvelt, hortum unum, ante curiam Imperatoris situm, praesente abbate Gregorio, per manum Salmanni Heinrici tradit Deo et sancto suo Petro. Testis: Karolus Scultheis. | | |
| 1204. circiter. | Chunradi, Ratisponensis Episcopi, literae super amicabili compositione, inter Ratisponense capitulum ejusque advocatum Eberhardum Comitem de Dornberch. Testes: Comes Chunradus de Moseburch, Chalhohus de Kirchpere. Chunradus de Horebuch. Otto de Werde. Paldewinus *Jactor*, (Forestarius?) Hawardus *Chamner*. Fridricus *Gentener* (Officium seque domesticum, sed quale? Cellerarii forsitan?) Saxo *Camerarius*. Ulricus Praepositus fedarius. | Instrumentum Udalrici, Abbatis B. sancti Ulricani in Augusta, de pretio tabulae auro gemmisque ornatae, ab Adelhaide Imperatrice donatae, in acquisitionem praedii cujusdam in Gregginhoven (Greggenhofen, praef. Sunthofen) et in Lomeringen. (Laimering, praef. Aichach) converso. (M. B. XXII. 199.) | |
| 1205. | Innocentius Papa III per Abbatem sancti Hemerami, veteris capellae Ratisponensis Decanum et Scholasticum, Electo Episcopo Ratisponensi mandat, ne ab quondam domum beneficii jure possessam W. Archidiaconum aggravet. Datum Romae apud sanctum Petrum V. Non. (3) Martii Pontif. anno VIII. vid. *Ried.* l. c. num. 304. | | |
| 1205. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Philippus Romanorum Rex redditus ab electo Episcopo Herbipolensi pro liberatione Wilhelmi Aquensis Praepositi sibi obligatos, nec in alios usus, quam pro redemtione obsidum et pignorum, quae Boloniae detinentur, convertendos esse, profitetur. Testes: Conradus Ratisponensis Electus, Imperialis aulae Cancellarius. Otto major Praepositus. Datum Herbipoli Ind. VIII. VII. Id. (9.) Martii. |
| 1205. | Philippus II. Romanorum Rex monasterium Wizenohe in specialem suam protectionem suscipit. Testes: Ludovicus Dux Bavariae. Landgravius de Luhinhere, Heinricus Marscalcus de Kallinden. Dat. apud Norenberc XVIII. Kal. Maii (14. April.) | | |
| 1205. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius, Papa III. monasterium de Halesbrunnen, sub beati Petri suaque protectione suscipit. Dat. Romae apud sanctum Petrum II. Kal. Maii (30. April) Ind. VIII. Pontif. anno IX. (VIII.) vid. *Hocker* l. c. pag. 82. Nro. 10. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Philippus, Rex Romanorum, curiam in Haitingesveld omni exactione collectae hactenus usitata eximit. Dat. apud Erbipolim XI, die Junii (11. Junii). |
| 1205. | Idem confirmat, quae Chunradus, Ratisponensis Episcopus et Imperialis aulae Cancellarius, atque Lodewicus, Dux Bavariae, de aequali divisione liberorum ex ministerialibus suis progenitorum constituerunt. Testes: Albertus Comes de Dilingen; Gotfridus Marchio de Rumsperch. Bertholdus Comes de Greilispach. Acta Ind. VIII. Dat. per manum Sifridi, regalis aulae Prothonotarii in civitate Augustensi. III, Kal. Augusti, (30. Julii) vid. *Ried.* l. c. num. 305. | | |
| 1205. | . . . . . . . . . | Siboto, Episcopus Augustensis, Conrado, Abbati ottenburano, confert Pontificalia. Dat. Augustae VI. Kal. Octobris (26. Septembr.) | |
| 1205. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, in proprietatem Atilensis monasterii tradit ecclesias Isolvingen, Griesstetten et Hohenaue. Act. Salisburgensi civitate XVI. Kal. Januarii (17. Decembr.) Pontif. anno V. (M. B. I. 276.) | | |
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Peregrinus, majoris ecclesiae Wirceburgensis Decanus, fraternitati capellariorum gubernandum tradit hospitale sancti Egidii in civitate, ante Palatium domini Episcopi situm. Testes; Gerlacus Praepositus Novi Monasterii. Arnoldus Praepositus in Onoldesbach. Dithericus Praepositus S. Johannis. Gotholridus Praepositus. Acta Ind. VII. (VIII.) Bertholdo comite de Henneberc praefecturam tenente. |
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Henrici Wirceburgensis Electi auctoritate Hermannus Ebracensis Abbas pro datis duobus ecquis et uno manso in Gögesheim comparat nemus quoddam quatuor mansorum juxta aream suam Wiere (Weier, prael. Sulzheim) situm, communitati in Gorgesheim (Gochsheim) et villae Berchheiden (Bergheid villa desolata prope Weier) communiter attinens, consentiente domino Conrado de Stolberc, qui loco Regis villae in Gorgesheim praeerat et assensu dominorum Friderici et Simonis fratrum de Bercheiden. Testes: Arnoldus Praepositus de Onoldesbach. Walderber Scultetus. Acta Ind. VIII. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Dominus Gundeloh, majoris ecclesiae in Babenberg Decanus, Hermanno Abbati in Ebera donat quinquaginta marcas, in subsidium pretii pro praedio Bercheida. Testes: Poppo major Praepositus in Babenberg. Godefridus Praepositus veteris capellae in Ratispona. Sifridus Praepositus S. Mariae in Tiurstat. Acta Ind. VIII. |
| 1205. | Philippus, Rex Romanorum, Conrado Episcopo, Imperialis aulae Cancellario, ad partes Italiae proficiscenti, de omnibus ecclesiae suae rebus mobilibus liberam testandi facultatem concedit, et jus redimendi possessiones in provinciola Bruta, quas Imperator ipse ab ecclesia in beneficio tenebat, et Comiti Gotfrido pro centum marcis obligaverat. Acta Ind. VIII. vid. *Ried.* l. c. num. 306. | . . . . . . . | Philippus, Romanorum Rex, fratribus de Ebera confirmat immunitatem a decimarum et collectarum exactionibus, pro curia ipsorum in Wirzeburc. Testes: Echebertus Episcopus Babenbergensis. Gundloch Decanus. Robertus Comes de Castelo. Heinricus Marscalcus et Ulricus dapifer Regis. Datum in Nurenberc Ind. VIII. |
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Novi Monasterii Decani consensu Wernhardus majoris ecclesiae Vicarius Heinrico Magistro coquinae dominorum de domo vendit curiam suam in platea Sancti Stephani. Acta Ind. VIII. Bertholdo urbis praefecto. |
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Theodericus Praepositus, et Herbordus Decanus S. Johannis in Wirzeburg, coenobio Eberacensi tradunt quatuor mansos et quatuor jugera terrae incultae in Vare (Fahr, praef. Volchach). Testis: Persius majoris ecclesiae Decanus. Acta Ind. VII. (VIII.) Bertholdo comite de Hennenberc praefecto. |
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Wirceburgensis Electus dictam traditionem confirmat, et jure advocatiae a Comite Gebehardo de Dolenstein et subfeudatariis ipsius Bolone, Conrado et Ludewico de Stolberc sibi resignato, memorata bona in Vare cum agris juxta Husen in monasterium Eberacense transfert. Testes: Gerlach Praepositus de Novo Monasterio. Arnoldus Praepositus de Honoldesbach. Berengerus Scultetus. Acta Ind. VIII. |
| 1205. | Concordia pacis ad dies vitae inter Chunradum Episcopum Ratisponensem et Ludowicum ducem Bavariae eo lege sancita, ut dux sine prole legitima decessurus ad aram beati Petri in Ratispona leget praedia et castra Kelheim, Lengenvelt, Stouffe, Steveningen, Wolfheringen, Bartesperch, Durcheleuburg et Landeshute; sed in recompensam ab Episcopo feudum Landgravii, quod in Montanis vacabat, nunc jam recipiat. Ind. IX. vid. *Hund* l. c. I. 230. *Ried* l. c. num. 307. | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1205. circiter. | Philippus Rex praedium Chunradi Episcopi et Lodovici ducis pactum confirmat. vid. *Hund* l. c. I. 252. *Ried* l. c. num. 303. | . . . . . . . | Echibertus, Babenbergensis Episcopus, et patruus suus B . . . . majoris ecclesiae et sancti Jacobi Praepositus, ecclesiae sancti Jacobi confirmat aream quandam, ab Alberto Strumphart resignatam. |
| 1205. circiter. | Eberhardus, Archiepiscopus Salisburgensis, monasterium Augiense in specialem tutelam recipit, et ecclesiae Porteñ incorporationem approbat. | | |
| 1205. circiter. | Idem Peboni, Owiensi Praeposito, capellam Purtem confirmat. | | |
| 1206. | Philippus, Romanorum Rex, fratribus in Raitenhaslach proprietatem in Eltenowe addicit. Dat. apud Erisheim XVIII. Kal. Februarii (15. Januar) Ind. IX. (M. B. III. 120.) | | |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Philippus Romanorum Rex Heinrico Herbipolensi Electo concedit potestatem, per totum episcopatum et ducatum utendi servitiis proprietatum hominum, quos vulgus appellat libtros. Testes: Otto Wirzeburgensis ecclesiae Praepositus, Godefridus Praepositus de Muggestat, Gerlachus Novi Monasterii Praepositus, Bertholdus Burggravius de Henenberch, Lampertus et Hernestus Comites de Gelihe (Gleichen). Datum apud Wirceburch XV. Kal. Martii (15. Februar) Ind. I. (IX ?) vid. *Schultes* diplomatische Geschichte des Hauses Henneberg I. p. 65. 66. |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius, Papa III, monasterium in Halisbrunnen sub protectione sua suscipit et a novalium decimatione immune praedicat. Dat. Romae apud sanctum Petrum XIII. Kal. Maii (19. April) Pontif. anno IX. vid. *Hocker* l. c. pag. 95. num. 11. |
| 1206. | Idem Conrado, Brixiniensi Episcopo, ubivis in montibus jurisdictionis suae, argenti fodinas concedit. Dat. apud Nuremberc Kal. (1.) Junii. | | |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Wirceburgensis Electus homines, ab Eberhardo Comite ad altare sancti martyris Chiliani delegatos, contra Cunradi de Erlach Wirceburgensis ministerialis interpellationes vindicat. Testes: Peregrinus Decanus, Gerlacus Praepositus Novi Monasterii, Theodericus Praepositus sancti Johannis in monte, Herbordus Decanus ibidem, Hermannus Decanus Novi Monasterii, Conradus de Horenburch. Acta Ind. VIII. (IX.) Bertoldo urbano comite. |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sara judaea in Wirceburch dominis de Summo offert in censum vineas suas in monte Steinbach prope stratam Heidingsfeld, domum, quam inhabitat, nec non domum prope Rigel, retro domos illorum, qui *faciunt corium, quod dicitur Corduan.* Testes: Gerlacus Praepositus, Samuel, Gumprecht, Salemon, |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1206. | Heinricus Comes de Frantenhusen de consensu uxoris suae Alhaidis Comitissae et filii sui, domini Cunradi, Ratisponensis Episcopi, ecclesiae sanctae Mariae in Reichelm tradit omnia, quae habebat in Ebenhusen, ecclesiam scilicet cum familia. Testes: Waltero et Walteverus, Pincerna Comitis et Episcopi, Heinricus, Dapifer Comitis. Friedericus Magister Coquinae de Donnstaufen. Acta in Castro Mitersel, Cancellario in legatione Philippi Regis Italiam intrante. | |
| 1206. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1206. circiter. | Manigoldus, Pataviensis Episcopus, recognoscit justitiam fratrum de Reitenhasle in remissione pedagii, quod vulgo dicitur Muta. | . . . . . . . |



## Franconica.

Michael, Nathan, Michael junior, judaei. Acta Ind, X, (IX.) Bertoldo comite de Henenberc urbis praefecto.

Heinricus Wirceburgensis Electus Ebracensi monasterio confert decimam in Brahbach (Breppach, praef. Hassfurt) a duce Bertholdo de Merena et Wasmudo de Speheveltt, subfeudatario, resignatam. Testes: Otto Praepositus, Persius Decanus, Godefridus Praepositus de Cugelberch. Acta Ind, IX.

Gerlacus Praepositus et Hermanus Decanus Novi Monasterii Eberhino conferunt vineam in monte Pfaffenberc (agri Wirceburgensis), a Bertoldo de Rebestok venditam. Testis: Adelbunus pincerna. Acta Ind, IX.

Conradus de Rinspure Gerlaco Praeposito, et Hermanno Novi Monasterii Decano offert praedium quoddam in Linache (Leinach). Acta Ind. IX.

Gregorius, Abbas sancti Jacobi Apostoli in suburbio Wirceburgensi, Henrico civi Wirceburgensi sub censu confert vineas in villa Tellheim, a domino Heinrico Sculteto ejusque uxore Juta, pro remedio animae Hertwici, filii ipsorum, oblatas. Testis Albertus Sculteus Wirceburgensis, natione de Eisleibe. Acta Ind, II. (IX.) Bertoldo praefecturam tenente.

Ekebertus, Babenbergensis Episcopus, ad petitionem Chunegundis, de Walstein sanctae Mariae sanctimonialis in Babenberg, dicto monasterio confert mansum unum apud Hirsheide, (Hirschaid, praef. Bamberg) a Gotfrido de Chlopudorf comparatum. Testis: Boppo, major Praepositus. Act. Ind. VIII. (IX.) Pontif. anno IV.

Heinrici Wirceburgensis Electi consensu Hildebrandus de Lapide fratribus in Langheim cedit bona sua in Wulvelingen (praef. Hassfurt).

Otto, Dux Meraniae, Palatinus Comes Burgundiae, cum forum suum in Lichtenfels de lignis silvae fratrum in Lanheym munivisset, in concambium monasterio aliam confert silvam vicinam.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1206. circiter | Liupoldus confrater Dietrico, monasterii Mallersdorfensis Praeposito donat, praedium in Haselpach et vineam in Austria, in vineis Edelpiunt. | . . . . . . . . | Boppo, majoris ecclesiae Bebenbergensis Praepositus, pro sopienda lite dominorum de Ebersha et fratrum pauperum sancti Heinrici, ob quandam aream curiae dominorum contiguam, fratribus annuum censum imponit. |
| 1206. circiter | Hartmannus, Pririsingensis Abbas, Cunigundae uxori Engelberti Husso locat domum et aream Ratisponae prope forum Puhanwilin. | | |
| 1206. circiter. | Liberi ab Ulrico, nobili quodam ministeriali ecclesiae sancti Quirini, et conjuge ejus, ministeriali ecclesiae SS. Petri et Pauli in Erla, progeniti, inter utrasque ecclesias, ex Bertholdi Abbatis propositione dividuntur. | | |
| 1206. circiter. | Philippus Romanorum Rex ad officiatos et cives in Egra, ut domum monasterii in Waldsassen omni collectione eximant. Dat. apud Egram IX. Kal. Martii. (21. Februar.) | | |
| 1207. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Literae, memoriae commendantes, quod Herbertus in Staphelstein partem unam praedii in Durngestat (Doringstadt, praef. Seslach,) a domino Ruodolfo de Widenze comparatam, sanctae Mariae in Lanchain contulerit, alteram partem dominus Fridericus de Lichtenvelse eidem ecclesiae vendiderit, tertiamque partem Heidenricus de Lichtenvels donaverit, totius denique praedii patrocinium Bertholdus Dux Meraniae sanctae Mariae obtulerit, filiusque suus, Dux Otto confirmaverit. Dat. apud Lanchain, Ind. X. regnante Philippo. |
| 1207. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Literae Ottonis Ducis Meraniae confirmatoriae. Dat. apud Lichtenvelse, Ind. X. VI. Id. (8.) Aprilis. |
| 1207. | Innocentius Papa III. commissarios denominat, qui milites de Helmistorf ad resarcienda damna monasterio Baumburgensi illata compellant. Dat. Romae apud sanctum Petrum Kal. (1.) Martii. Pontif. anno X. | | |
| 1207. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Innocentius Papa III. ad Maguntinensem Archiepiscopum et Suffraganeos ejus, ut contra invasores et detractores monasterii Ebracensis excommunicationis sententiam promulgari curent. Dat. Laterani IV. Id. (10.) Aprilis. Pontif. anno X.<br>Similiter Honorius III. Laterani X. Kal. Martii (20. Februar) Pontif. anno VI. (1222.) Iidem Gregorius Papa IX. Laterani XVI. Kal. Januarii (17. Decembr.) Pontif. anno XIII (1239). Item Innocentius Papa IV. ad Decanum Ratisponensem, Lugduni VI. Kal. Aprilis (27. Mart.) Pontif. anno VIII. (1251.) |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1207. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1207 | S. Zenonis Monasterium praedium in villa Terrens, parochiae S. Georgii in Intal, commutat cum monasterio in monte S. Georgii, pro alio quodam praedio in Rualandesperch. Scripta X. Kal. Junii (23. Maii) (M. B. III. 557.) | |
| 1207. | Philippus, Romanorum, Rex monasterio in Raitenhaslach confirmat donationem salinarum in Moulbach. Dat. et act. apud Wormatiam, III. Non. (3.) Augusti. (M. B. III. 122.) | |
| 1207. | P . . . Praepositus capituli sancti Viti Frisingensis Heinrico, dicto Pizzer, vendit praedium suum in Argarten. Testis: Ulricus Marschalcus de Gesenbach. Act. pridie Kal. Octobris (30. Septembris.) | |
| 1207. | Philippo Rege confirmante Otto Dux de Meran ecclesiae Pataviensi pro feodo Comitis F. de Bielenstein et mille octingentarum marcarum pretio tradit castrum Windeberge, et comitatum quemdam, durantem a ponte Regenbrugge ad fluvium usque Ilse, et a Danubio flumine ad terram usque Bohemiae. Acta anno Regni Philippi IX. Dat. per manus Sifridi, regalis aulae Protonotarii, IV. Non. (2.) Novembris. Ind. X. vid. *Hund* I. 279. *Lünig* l. c. p. 779. | |
| 1207. | Chunradi Ratisponensis Episcopi sententia contra Wirntonem de Blankenstein, praevia probatione per testes idoneos et librum, qui Salbuch vulgariter appellatur, eo lata, ut Fridericus et frater ejus, ex donatione matronae cujusdam Perclae hucusque usurpati, ad oblationes fra- | |



## Franconica.

Innocentius Papa III. ad eosdem, ut prohibeant, ne de fratribus Ebracensis monasterii decimae exigantur. Datum Laterani III. Id. (11.) Aprilis Pontif. anno X.

(Similiter Laterani II. Non. (4.) Januarii 1211. Pontif. anno XIII.)

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | trum Ratisponensis capituli pertinent. Testes: Chuno Decanus. Hugo de Lerchenvelt. Acta Ind. X.<br>vid. *Ried.* l. num. 309. | | |
| 1207. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto Dux Meraniae omnem donationem a parentibus suis ecclesiae Langheimensi collatam, confirmat. Dat. Ind. X.<br>vid. v. *Schultes* hist. Schriften. S. 77. *Ussermann* l. c. pag. 142. |
| 1207. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Philippo Regi Conradus de Rabwenberc spondet, se nolle fratres de Langheim in curte Burkardsdorf (nunc Tambach, post. Seeslach) exactionibus porro gravare. Data sub sigillo ac testimonio Ottonis, Ducis Meraniae, apud Lanchein. Ind. X. |
| 1207. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Philippi Regis litterae desuper datae.<br>vid. v. *Schultes* l. c. pag. 76. |
| 1207. | Coram Philippo, Romanorum Rege, Heinricus Comes de Lechsgemunde in manus Salisburgensis Archiepiscopi Eberhardi resignat omnia, quae in Karinthia habuit, (excepto castro Lenginberch, cum prediolis Iilsdorf, Urren et Linte.) Act. Ind. XI.<br>vid. *Ried* l. c. num. 310. 311. | | |
| 1207. | Coram eodem Rege, Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, Heinrico Comiti praedicto stipulatur summam M. M. D. C. C. C. L. marcarum Frisacensis monetae, cujus V. feria unam marcam puri argenti valeant. Eodem. | | |
| 1207. | Eberhardus, Abbas in Alderspach, a domino Poppone, Abbate in Altaha, suscipit duo predia in Hakkenchoven et in Vriendorf, pro duobus prediis in Smidedorf et Tegebrehteshusen. | | |
| 1207. circiter. | Ekbertus, Babenbergensis Episcopus, Popponem Altahae Abbatem (Niederaltaich) contra Albertum de Pogen, centum talenta pro advocaticio jure exposcentem, defendit, advocatia quippe Comiti feudali titulo neutiquam competente. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1207. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Liupoldus, Dux Stiriae et Austriae, de dividenda prole Alheitis, filiae ministerialis sui Ernesti de Trun, Dieterico de Puhel, Erbipolensi ministeriali nuptae, paciscitur. Testes: Tres fratres Tuschen de Trutmannesdorf. Acta Dornbach in coenaculo Abbatis sancti Petri de Salzburch. |
| 1207. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Herbipolensis ecclesiae Electus, eidem chartae consensum suum annectit. Testes: Gerlacus Praepositus Novi Monasterii, Teodericus Praepositus ecclesiae sancti Johannis in Hauge. Gotfridus Praepositus de Muhenstat, Arnoldus Praepositus de Onoldespach, Wernerus Notarius. Acta MCCVII. Datum Herbipoli. |
| 1207. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | S . . . (Sifridus II.) sanctae sedis Moguntinae Archiepiscopus, literis ad P . . . (Persium) Decanum et totum capitulum Wirceburgense datis O . . . (Ottonem) electum Episcopum confirmat. |
| 1207. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus de Mistelbach, gratia patroni sui, sancti Ottonis, de cujus arbore consanguinitatis generis duxerit lineam, foeminam quandam Adelheidam, super altare sancti Michahelis delegat. |
| 1207. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Eckebertus, Babenbergensis ecclesiae Episcopus, ecclesiae in Halsbrunne confert advocatiam locorum quorundam incultorum, juxta fluvium Nezelbach et vicum Hegelin, pecorum pasturae inservientium, a Friderico de Rotenburch ecclesiae Babenbergensi resignatam. Testes: Otto, illustris Dux Meraniae, Chunradus liber de Calwenberch. Dietericus, Marscalcus de Chunstat, Erchenbertus dapifer de Botenstein. |
| 1208. | Innocentius Papa III. Staingadensi Abbati confirmat ecclesiam in Gebreme. Dat. Laterani IV. Kal. Martii (26. Februar) Pontif. anno XI. | | |
| 1208. | Idem dicto Abbati confirmat constitutiones Wellonis, monasterii fundatoris. Dat. ibidem III. Kal. Martii (26. Februar) Pontif. anno XI. | | |
| 1208. | Philippus, Romanorum Rex, monasterium sancti Benedicti in Buria protectione sua suscipit. Dat. Hagenowe VIII. Id. (8.) Martii, Ind. XI. (M. B. VIII. 111.) | | |
| 1208. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Berengerus de Celle (Weihenzell? praef. Ansbach) ad altare beatae Virginis Mariae in Onoldsbach tradit quatuor sui juris homines. Dat. mense Octobris, Ind. XII. sub Rege Ottone, et Ottone Wirceburgensi Electo. vid. *Jung* l. c. pag. 117. *Falkenstein* l. c. pag. 43. num. 25. |
| 1208. | Otto IV. Rex, Ludovico Duci confirmat Ducatum Bavariae. Datum apud Vrankinfurt, XVII. Kal. Decembris (15. Novembr.) vid. *Aettenhofer* 157. | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Herbipolensis Electus, Heinrico Abbati de Ahusen confirmat omne jus et proventus in villis Frichenhusen (Frickenhausen, praef. Ochsenfurt) vel Segenis, (Segnitz ibidem.) Testes: Perseus Decanus, Gerlacus Praepositus, Arnoldus Praepositus de Onoldesbach, Theotricus Praepositus de Houge, Gotefridus Praepositus de Cubenbere, Bertholdus Archidiaconus de Oringen, Otto de Lobdeburc Archidiaconus, Albertus de Hohenloch et frater ejus Heinricus, Nidungus Scultetus, Heinricus Dapifer. Acta Ind. XI. (XII.) Datum apud Herbipolim VIII. Id. (6.) Decembris. |
| 1205. | . . . . . . . . . | Hermannus, Novi Monasterii Decanus, monasterio in Ursberg donat jus VI. jugerum vinearum in veteri monte et in territorio Halusen. Testis: Rudolfus Scultetus Regis. Act. Ind. XI. | |
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Mathaeus, Abbas Sancti Jacobi in Wirceburg, Ottoni ejusque heredibus elocat quandam vineam in ten (Bühleiten, agri Wirceburgensis) pro dimidia parte fructuum. Acta Ind. XI. |
| 1205. | W .... Praepositus in Steingaden C ... Laichirchiro de Burso, praedium locat in Husin. | | |
| 1205. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Philippi Regis praeceptum, ne Conradus de Halwenbore in curia Berhardsdorf (Tambach, praef. Seßlach) fratres de Langheim precariis vel exactionibus gravet. |
| 1205. circiter. | Chunradus, Ratisponensis Episcopus, donationem allodii Ebenhausen cum jure patronatus, per patrem suum Heinricum, Comitem de Frantenhusen, ecclesiae in Reisheim factam, recognoscit, et jus illud patronatus contra Comitem Bertholdum de Greispach coram Uleralco, tunc temporis ecclesiae Augustensis Episcopo, per se obtentum esse futurae memoriae commendat. | | |
| 1205. circiter. | Sifridus Augustensis Episcopus donationem dictam confirmat. | | |
| 1205. circiter. | . . . . . . . . . | Brunward, Zwerinensis Episcopus, Bremensis ecclesiae Suffraganeus, ecclesiam in Eichenbrunen, approbante Sifrido Augustensi Episcopo, in honorem sanctorum Apostolorum Petri et Pauli dedicat. | |

E

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1209. circiter. | Salome Superioris Monasterii Abbatissa Heinrico cuidam in Swaebelwis et duobus personis in villa Tegerenheim partem silvae ad subsidium vinearum excolendarum adsignat. | | |
| 1209 | | Conradus, Spirensis ecclesiae Episcopus, ad Abbatis in Reisheim petitionem dotem capellae in Wilom pro alio praedio, quod vulgo Holzin vocatur, cum Augustensis Ecclesiae Electo Sifrido, ad cujus dioecesin uterque locus pertinet, commutat. Act. apud villam Ulchirche Nonas (5) Februarii sub Rege Ottone. Testes: Albertus Comes de Dillingin. Hulricus de Gundilfingen. Siboto de Albeche et Witegou frater ejus. Erkengerus de Scratenhofen, liberi. | |
| 1209. circiter | | | Otto, Romanorum Rex, praedium in Suaba (Schwabach) fratribus in Ebera ab Heinrico Romanorum Imperatore donatum (anno MCC.) confirmat. Dat. in Rotenburch VI. Kal. Marcii (24 Februar). Testes: Dominus Chunradus, Spirensis Episcopus et Cancellarius. Helfricus Notarius Regis. Heinricus de Hohenloch et frater ejus Albertus. Heinricus Magister coquinae Regis. vid. *Falkenstein* l. c. p. 44. num. 26. |
| 1209. | Innocentius Papa III. Praepositum et Decanum Eistetensem judices et executores constituit, in causa Episcopi Ratisponensis contra Comitem de Plain, Salisburgensis cujusdam ministerialis, F. de Pectowe, praevaricationes et infractiones in servanda fidejussionis obligatione promoventem. Dat. Laterani Id. (13) Aprilis. vid. *Ried.* l. c. num. 312. | | |
| 1209. | Idem Episcopo Ratisponensi mandat, ut in eos, qui propter guerram diversorum principum, in Episcopatu morantium, incendium committant, ecclesiasticam exer- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | cui ultimum. Data Laterani XV. Kal. Maii (17. April.) Pontif. anno XII. | | |
| 1209. | Idem Abbati de Raitenhaslah, confirmat redditus, a Salisburgensi Archiepiscopo de salina sua ei concessos. Dat. Laterani XIV. Kal. Maii. (18. April.) Pontif. anno XII. | | |
| 1209. | Manegoldus Pataviensis Episcopus hubas in Pimphingen, Otherpach et Riete, per Canonicum Tyemonem a Rudegero milite, Bibeu dicto, emtas, et in manus Episcopi, jure quodam speciali, sale appellato, traditas, ab omni advocatia liberat. Acta II. Non. (6) Julii in villa, quae vulgo Grimarstetin appellatur. Anno Pontif. IV. | | |
| 1209. | . . . . . . . . . | Innocentius Papa III. monasterium S. S. Petri et Johannis in Urspere protegendum suscipit, possessionesque ejus *) confirmat. Dat. Viterbii, per manum Johannis sanctae Mariae in Confundia Diaconi Cardinalis, Cancellarii II. Non. (6.) Julii, Ind. XII. Pontif. anno XII. | |

*) In Willbach, (Weilbach, praef. Mindelheim), Calla, (Mindelstall, praef. Ursberg), Bagireit, (Baiersried), Husen (Edenhausen), Batanhusen, (Attenhausen), Chemhastrin, (Ikenmath, praef. Burgau), Gribingen, Gutihusen, (Gesslosen, in Wirtembergia), Staina, (Trahenstein, prope Wissensteig), Chnerigen, (Riedlingen, praef. Burgau), Ahusen, (Ahausen, in Wirtembergia), Vezgiezhit, Singingen, Witetal, (Widdertall, prope Wissensteig), Michelsbach, Grubigen (Grübingen), Tonzinwiler, (Thonsweiler, praef. Ursberg), Offigin, (Offingen, praef. Günzburg), Eisingun, (Eislingen, prope Dillingen), Glahan, (Bleichen, praef. Ursberg), Tiefenhoven, Stuhem, (Stockheim, praef. Türkheim), Nordenheim, (Nordheim), Lucelenburc, (Lützelburg, praef. Göggingen), Visbac, (Fischach) Arnoldsrhit, (Adelsried, praef. Zusmarshausen) Hiltolingen, (Hiltenfingen, praef. Türkheim), Cazzenoven, (Bitzighofen, praef. Schwabmünchen), Mulehusen, (Mühlhausen) Lademuligen, (Lamedingen, praef. Buchloe), Mimmihusen, (Memmenhausen, praef. Ursberg), Albuf, (praef. Oberdorf), Basewil, (Beiswcil, praef. Kaufbeuren), Lohdorf, (Leuchdorf), Shonnberc, (Schönberg, praef. Mindelheim), Gruba, (Grub, praef. Kaufbeuren), Ronen, (Niederrannan, praef. Ursberg), Rota, (Rotha, prope Memmenhausen) Witingin, (Weisingen, prope Dillingen), Billenhusen, (Billenhausen, praef. Ursberg), Nunhusen, Ochenhoven, (Olgishofen, praef. Babenhausen), Albertsrhit, (Albertsried) et in Hagenrit (Hagenried, praef. Ursberg.)

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1209. | Innocentius Papa III. in causa monasterii sancti Emmerami contra nobilem virum A. juvenem Lupum, W. militem de Benteling, nobilem virum A. Lucenan, O. fratrem ejus Eistetensis dioecesis, qui per incendium eandem ecclesiam trecentis libris amplius damnificaverint, Abbatem de Prüle, ac Praepositum et Decanum Ratisponensem judices denominat. Dat. Laterani II. Id. (12) Novembris Pontif. anno XII. vid. Liber Probat. pog. 161. | | |
| 1209. | Idem Archiepiscopum Salisburgensem ejusque suffraganeos conservatores monasterii Raitenhaslacensis constituit. Dat. Laterani III. Kal. Januarii (30 Decembr.) Pontif. anno XII. (M. B. III. 124) | | |
| 1209. | Maneguldus, Episcopus Pataviensis, theloneum in urbe Patavia, in novo foro, pro suppetidandis sumptibus muri aedificandi constituit. Acta Ind. XII. Pontif. anno IV. regnante Ottone IV. | | |
| 1209. | . . . . . . . . . | Otto Romanorum Rex pro remedio animae Liutheri, dilecti quondam fratris sui, in civitate Augusta defuncti, ibique in ecclesia majori sepulti, Praeposito et canonicis tradit omne jus advocatiae in universo praedio eorum Altingen (Aitingen). Acta Ind. XII. in ecclesia S. Johannis Bapt. | |
| 1209. | . . . . . . . . . | Sifridus Augustensis Episcopus adquisitae isti advocatiae annuit. Eodem et ibidem. | |
| 1209. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Hartwicus Eistetensis Episcopus controversiam inter Praepositum de Solnhoven, et Ulricum in Hesteter super praedio quodam in Lemingen, (Lehmingen, praef. Heidenheim) componit. Datum Ind. XII. Rege Romanorum Ottone regnante, anno ejus post Philippum . . . . . I. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1209. | ... | ... | Otto, Wirceburgensis Episcopus, ad usus concanicorum sucrum confert quaedam molendina episcopatui vacantia, et in casum, si haeredes, ad haec molendina pertinentes, donationem istam impugnaverint, tredecim jugera vinearum in Scalkeberc (Schalchsberg) surrogat. Testes: Otto major Praepositus. Gerlacus Praepositus Novi Monasterii, Heinricus Marscalcus de Lure, Heinricus Rufus Dapifer, Actum Ind. XII. |
| 1209. | ... | ... | Ottonis Wirceburgensis Episcopi interventu Heinricus de Ravensburc renunciat praetenso juri advocatiae in quibusdam bonis capituli sancti Johannis in monte, in Rimpurc; (Rimpar), solummodo celebrationem anniversarii patris et sui ipsius post mortem sibi efflagitans. Testes: Gernodus Decanus. Actum Ind. XII, Epacta XII, Concurrente II, regnante rege Ottone anno I. Bertholdo urbis Praefecto, Electionis Ottonis Episcopi anno II, Consecrationis I. |
| 1209. | ... | ... | Otto, Wirceburgensis Episcopus, capitulo sancti Chiliani vendit duo molendina in Bleicha (Bleichach, Wirceburgensi suburbio) cum horto, per mortem Heinrici Sculteti, patris Bernonis concanonici, episcopatui vacantia. Acta Ind. XII. |
| 1209. circiter. | Lodewicus, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, monasterium Mallerstorf sine advocatiae jure defendendum esse cavet. (M. B. XV. 274.) | | |
| 1209. | ... | ... | Gerhardus Comes de Rieneke pro solvendis docentis marcis, Gerhardo mercatori de Hagenowe debitis, Ottoni Erbipolensi Episcopo oppignorat universa bona sua in villa Eslebrunn, (Praef. Wirceburg trans Moenum). Testes: Wolfradus de Crutheim, Heinricus et Albertus de Hohenloh, Heinricus Marscalcus de Lure, Albertus Magister coquinae. Acta MCCIX. |
| 1209. circiter. | ... | ... | In causa Ulrici, Abbatis de monte sancti Michaelis in Babenberc, et Ulrici de Rifenberc, cui jus marchiae cessit, coloni ex praedio in Beehhofen (Bösenbechhofen, praef. Höchstadt) jus suum, marchiam cum pecudibus suis frequentandi in villa Sueit, per VII. testes sacra tangentes comprobaverunt. |
| 1210. | Innocentii Papae III. literae hortatoriae ad episcopum Ratisponensem, ut se contra Fridericum Imperatorem opponat con murum pro domo Israel. Datae Laterani XV. Kal. Februarii (18. Januar) Pontif. anno XII. | | |
| 1210. circiter. | Adelhaidis de Eppan, Comitissa de Megelingen, Augiensibus donat curiam in Meisa. Confirmatam per Comites de Eppan. Data in Ulten Id. (15.) Martii. (M. B. I. 223.224.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1210. | Chunradus, Episcopus Ratisponensis, confirmat quae tractata sint cum Comitissa Machildi castro in Hohenburg renunciante. Dat. apud Ratisponam XV, Kal. Maii (17. April) imperante domino Ottone anno I. vid. *Rieds* Geschichte der Grafen v. Hohenburg. pag. 20. | | |
| 1210. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Carem Babinbergensi capitulo Ralohus miles in Heisingescelt sancto Georgio jure censuali tradit tres homines suos. Data Babenberch XV. Kal. Augusti (18. Julii). |
| 1210. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto IV. Romanorum Imperator resignationem feudi, quod Conradus de Rietpurg a Conrado Comite de Zollern et Burggravio de Norenberg, idemque Burggravius ab ecclesia Spirensi habebat, confirmat. Dat. apud sanctum Salvatorem in monte Amiato, IV. Kal. Septembris (29. August) (Ex archivo Spirensi.) |
| 1210. | Leopoldus, Dux Austriae et Styriae, traditionem fori in Herzogenburc, a patre suo monasterio Formbacensi factam, confirmat. Data in foro Wienne Kal. (1.) Novembris. (M.B. IV. 156.) | | |
| 1210. | Eberhardus, Abbas ad sanctum Emmeramum, Abrahamo Judaeo vendit quandam aream pro sepultura judaeorum Ratisponae habitantium. Acta Ind. XIII. Imperii Ottonis anno I. | | |
| 1210. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hartwicus, Eistetensis Episcopus, fratres de Haleshrunnen in libertate decimarum ex bonis juxta lacum, qui dicitur Nesilbach, sitis, contra turbationem Rudolphi de Hurnheim et Meginwardi de Mure protegit. Data Ind. XII. (XIII.) sub imperatore Ottone. Testes: Gebehardus Comes et filius ejus Gerhardus. |
| 1210. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gernodus de Boelrit Advocatus per manus Domini sui, nobilis viri Sibotonis de Zimmern, collegio Novi Monasterii offert mansum unum in Gösingen, (prnef. Bötingen) circa rivum ejusdem villae situm. Testes: Wilhelmus Decanus, Adelhomus pincerna, Heinricus Rufus Dapifer. Acta Ind. VII. (XIII.) |
| 1210. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ottonis Herbipolensis Episcopi assensu Herolldus civis Herbipolensis admittit apud sanctum Burchardum, filius Lanfridi, Matthaeo Abbati ad altare beati Jacobi apud Scotos tradit duas vineas in Bunlitten (Buhlleiten) et Jutta soror ejusdem Heroldi, apud Scotos inclusa, vineam in cuspide bivii juxta suburbium Sande. Testes: Eckenboldus Abbas sancti Burchardi, Henricus Dapifer, Henricus Pincerna. Acta Ind. XII. (XIII.) Episcopatus Ottonis anno III. |
| 1210. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Arnoldus Abbas in Halsbrunnen Conrado Neglin de Windesheim ad duodecim annos locat bona in Stelnbach, juxta curiam monasterii in Seubach, et pratum in Malbrendorf (Albersdorf.) pro assignata sibi in securitatem domo lapidea in Windesheim et vinea in Birgilin. Anno solari XV, Ind. XII. (XIII.) |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1210. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem a Gotfrido de Bernheim comparat curiam in Westheim (praef. Windsheim.) |
| 1210. circiter. | Leopoldus, Dux Austriae et Styriae, monasterio de Alta (Niederaltaich) recognoscit justiciam in mutis sua, ab avo et proavo suo impetratam. Acta in foro Ducis Wiennae. (M. B. XV. 3) | | |
| 1210. circiter. | Rapotonis, comitis Palatini Bavariae, reversales de mancipiis ecclesiae Chiemensis non infeudandis. | | |
| 1210. circiter. | Otto de Ramsperch et Hadmarus, filius sororis suae, iter Hierosolymitanum aggressuri, in casum mortis, Ottoni Frisingensi Episcopo resignant, feudum Frisingense et praedium in villa Teginwahe, (Tegernbach) in pago, quod dicitur Isingov. Testis: Comes Otto de Velburch. | . . . . . . . | Otto, Wirceburgensis Episcopus, Ulricum ecclesiae majoris fabricae provisorem ejusque successores manutenet in exemtione ab omni exactione et precaria. |
| 1210. circiter. | Heinricus, ecclesiae sancti Andreae Praepositus, ob defectum tertii panis, ad ecclesiam suam deputat curtem in Dorfen cum decima, et decimam in Tulbach, adjiciens insuper sturam in Ungoltingen, et aliam decimationem ibidem, et fruges in Hembeln et Tulbach, quae dicuntur Puterchorn. Confirmante Ottone Frisingensi Episcopo. Actum Frisingae. | . . . . . . . | Coram W . . . (Wilhelmo) Decano Novi Monasterii, H . . . et uxor ejus Bertha, hospitali sancti Oswaldi delegant quatuor jugera vinearum in monte Vlechenoede. |
| 1210. circiter. | Chunradus, Salzburgensis Castellanus, monasterio Baumburgensi offert mansum in Pfaffing. (M. B. II. 195.) | . . . . . . . | Ulricus, Abbas sancti Michaelis, domum vasalli sui, Hermanni de Mirspach, in sabulo Bambergae, ab ipso obligatam, redimit. |
| 1210 circiter. | Ludovicus, Dux Bavariae, ad petitionem monasterii Raitenhaslac omne navigium in Ettenawe interdicit. (M. B. III. 124.) | . . . . . . . | Idem Marcvardo Slicherio locat bona ecclesiae suae in Bechofen, (Bösenbechhofen.) |
| 1210. circiter. | Coram Eberhardo, Salisburgensi Archiepiscopo, Heinricus, Decanus de Risha, Bertholdo, tunc Abbati in Raitenhasela, confert quasdam decimas de duabus villicationibus Percha, secus ecclesiam sancti Michaelis. | Coram H. Comite de Dilingen, lis inter ministerialem suum de Ostheim, dictum Gibor, et C... Abbatem in Kaisheim, super jure patronatus ecclesiae in Ostheim dirimitur. | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1210. circiter. | Chunradus, Ratisponensis Episcopus, ad instantiam Eberhardi sancti Emmerami Abbatis, contra Comitem Chadelohum, ecclesiam filialem Weihmidil parochiali in Nuvenkusen adjudicat. vid. *Ried* l. c. num. 319. | | |
| 1210. circiter. | Salome, superioris Monasterii Abbatissa, Friderico veteris capellae Canonico, et Rudgero, fratri suo, ad vitae tempus concedit vineam quamdam, sitam in pede montis ultra pontem, pro XXX. libris Ratisponensis monetae, tunc temporis novae. Testes de familia ipsius ecclesiae: Liupman Hovemeister. Walhunn Chastenner. Reinhart Zapfenaer, (Cellerarius). Cumprecht Preco. Walchuon Pistor. Hertwicus Coquus. Sigehart Portenaer. Heinrich Sopan. Chounrat Ecclesiasticus, (Aeditus?). | | |
| 1210. circiter. | Ulricus Comes de Velberch Ratisponensi Episcopo donat castrum in Helfenberc, a Wirtone in feudum possessum. vid. *Ried* l. c. num. 298. | | |
| 1211. | Concambium inter coenobium in Alderspach et Eberhardum in Jahenstorf, Pataviensis ecclesiae Canonicum celebratum, et per Manegoldum Pataviensem Episcopum confirmatum. Acta in capitulo Pataviae celebrato III. Id. (11.) Januarii Ind. XIV. (M. B. V. 364.) | | |
| 1211. | Sigifridus, dictus Wolfrel, ecclesiae sanctae Mariae et Michaelis in Attla tradit curtem Stanfhaim nuncupatam. Actum sub Ulrico Abbate de Sewn. IV. Kal. Februarii (29. Januar.) (M. B. I. 280.) | | |
| 1211. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus de Bohesberc quosdam homines ecclesiae Herbipolensi abstractos, suis servitiis mancipatos, et Wimaro de Husen traditos, ecclesiae Wirceburgensi a jure servitutis liberatos resignat, quos Otto Episcopus, statum eorum meliorando, ecclesiae sancti Kiliani ministeriales declarat, et ad Marscalciae officium deputat. Testes: Comes Bertholdus de Hennenberc. Conradus de Warperc. Crafto filius ejus. Crafto de |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | | Nuwenburc. Otto majoris et Novi Monasterii Praepositus. Wernherus Scriba. Baldewinus Notarius. Heinricus de Onoldesbach. Heinricus Magister imperialis coquinae. Adelhunus Pincerna. Heinricus Dapifer. Cunradus Scultetus. Acta Ind. IX. (XIV.) II. Id. (12.) Februarii. Imperii anno III. Episcopatus Ottonis anno V. |
| 1211. | Archiepiscopus Eberhardus litem inter canonicos sancti Sebastiani Chiemenses, et Heinricum plebanum de Riemingen super jure in capella Haerde conciliat. Acta II. Id. (12.) Augusti Ind. XIV. Pontif. anno XI. | | |
| 1211. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Friedericus de Rotenburc, Wirceburgensis Canonicus, Eckenbaldo civi Wirceburgensi, filio Rudegeri Dachbrot, vendit aream quandam, dominae Hilte quondam vocatam, a Praeposito Gerloco sibi ea lege donatam, ut panis et vinum, quod Schienbe vocatur, canonicis annuatim praesentetur. Testis: Wilhelmus Decanus. Acta Ind. XIV. |
| 1212. | Fridericus II. Rex monasterium Scotorum, Ratisbonae ante portam occidentalem constructum, nec non ecclesiam Weichs am Peter vulgo dictam, in meridionali ejusdem civitatis suburbio positam, ad idem sancti Jacobi Scotorum monasterium attinentem, in defensionis suae mundiburdium suscipit. Acta Ind. I. (XV.) Romani Regni anno I. Siciliae XV. Datum apud Ratisbonam XIV. Kal. Martii (16. *Februar.*) vid. *Hund* l. c. II. 395. *Ried* l. c. num. 322. | | |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Ottonis Herbipolensis Episcopi interventu Boto de Rabensperch fratribus Ebracensibus remittit jus suum praetensum advocatiae in Vare (Fahr), renunciatque liti super fontis cujusdam excursu, et super concambiis in Husen (Hausen) atque Elgershusen (Elgersheim). Testes: Otto majoris et Novi Monasterii Praepositus. Perseus Decanus. Arnoldus Praepositus in Onoldesbach. Baldwinus Notarius. Henricus Dapifer. Henricus Magister coquinae de Rotenburch. Heinricus Pincerna. Albertus Magister coquinae. Acta Ind. XV. V. Kal. Martii (25. *Februar.*) Episcopatus Ottonis anno V. |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Innocentius Papa Babenbergense capitulum ob praebendam W . . . Imperialis aulae Protonotario subtractam, ad judicium provocat. Datum Laterani III. Non. (3) Aprilis Pontif. anno XV. |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Hartwicus Eistettensis Episcopus tanquam dominus directus, monasterio in Ahusen (Auhausen) confert praedium feudale, dictum Vorste, ab Ottone, Hartmanno et Hermanno fratribus de Lendelsburn sibi resignatum, et per patrimonium in Lengenvelt et Tiufenbach, et mansum unum in Bolfesheim sancto |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | | Willibaldo in Eichstädt compensatum. Dat. V. Kal. Junii (28. Maii) Ind. XV. Testes: Marquardus Advocatus de Lamingen, Heinricus, Magister de Ounkiesbach. |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Sententia judicum a Papa delegatorum in causa Abbatis de Ahusen contra plebanum, milites et colonos de Lamingen (Lehmingen, praef. Heidenheim) ob pascua in Owe. Dat. II. Kal. Junii (31. Maii.) |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Eorundem judicum mandatum de exequendo sententiam, ad Abbatem in Heidenheim, Praepositum in Solnhoven, et Decanum in Aehingen. Eodem. |
| 1212. | Otto, Comes de Valei excommunicatus, pro obtinenda ecclesiastica sepultura Ottoni Frisingensi Episcopo offert ministeriales suos de Hohenkirchen, Tulchingen, Solwen, Rute, Tanne, Perchungen, Lotspach, Hohenrein et Luse. Testis: delegatus Otto Comes de Musen. Actum X. Kal. Julii (21. Junii.) | | |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Innocentius Papa III. Babenbergensi capitulo confirmat advocatiam civitatis Babenbergensis et nemus in Michelei (Michelau, praef. Lichtenfels) a Timone Babenbergensi Episcopo concessum. Dat. Signie VII. Id. (9.) Julii. Pontif. anno XV. |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Otto, Herbipolensis Episcopus, judaeo Nathan confert curtes quasdam et domos super Corneriam inter utramque plateam sitas, ab judaeo Biscoph nomine de Rotenburch, per Ludewicum de Sidelberch et Heinricum de Nortenberch resignatas. Testes: Gerhardus Comes de Rieneke, Billunges Camerarius, Abraham, Bonefan Liebmann, Jacob, Vives, Michlebel, Judaei. Acta Ind. XIV. (XV.) IX. Kal. Septembris (24. August) Boppone urbis praefecto. Episcopatus Ottonis anno V. |
| 1212. | Innocentius Papa III. coenobium Burbergense cum ecclesia in Tegerndorf in protectionem suam suscipit. Dat. Laterani V. Id. (9.) Sept. Pont. anno XV. (M. B. VI. 404.) | | |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Idem Halesbrunnensi coenobio donat bona quaedam in Urah, a Conrado de Haselach sibi resignata, et per bona Ulrici de Wiesbefelt in Villbrunnen, Volkmersrute et in Pollinus compensata. Act. Ind. XV. Bertholdo puero de Hennenberc urbis praefecto. Episcopatus anno V. |
| 1212. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Idem Halesbrunnensi coenobio donat curiam quandam in Urach (Petersaurach? praef. Heilsbronn) a Conrado de Haselach resignatam, et per aliam curiam in Haselach compensatam. Acta Ind. XV. IV. Non. (2.) Novembris. Episcopatus anno VI. Testis: Heinricus Magister coquinae de Rotenburch. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1212. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Henricus, S. Stephani Electus, Engelhardo urbano Wirceburgensi ejusque haeredibus confert curiam prope monasterium sitam, cum area adjacente, et praeterea duo jugera et dimidium vineti in Gebenslehen (agri Wirceburgensis). Acta Ind. XV. Bertholdo puero urbis praefecto. |
| 1212. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem, S. Stephani Abbas, Conrado in Usenheim, Sculteto de Gerbrunnen, et Borchardo Rufo locat tria jugera in Hohenbuch (agri Randersacker) ad sedecim annos sic colenda, ut quinque primis annis eadem stercorent, postmodum vero per octo annos tertiam partem fructuum, et reliquis annis medietatem eorundem porrigant. Acta Ind. XV. Bertholdo puero urbis praefecto. |
| 1212. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Conventus majoris ecclesiae Wirceburgensis Josepho judaeo confert domum in strata pellificum, juxta curiam bonae memoriae comitis Ekkehardi, a domino Henrico de Ravensburc et uxore ejusdem, domina Juta, resignatam. Testes: Gotefridus Praepositus de Muchenstat. Theodericus Praepositus de Houge. Acta Ind. XIV. (XV.) |
| 1212. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Heinricus Custos Wirceburgensis ecclesiae Richilt vidue Theoderici confert cubiculum, situm ex opposito cubiculorum prope foras ecclesiae. Acta Ind. XV. Bertholdo de Hennenberc urbis praefecto. |
| 1212. | Otto, Frisingensis Episcopus, Gebehardo Comiti in Tollenstein, sibi beneficia in montanis, villam Ehingen (Ehing, praef. Freysing) ac mansum in Gunzenhausen resignanti, CCV. marcas recompensando tribuit. | . . . . . . . . | Theodericus Praepositus, et G... Decanus ecclesiae S. Johannis in Houge, accepto ulteriori pretio renunciant exceptioni laesionis enormis ob venditum ecclesiae Ebracensi praedium in Falue. Testes: Gotefridus Praepositus de Culenberg. Henricus Dapifer. Hellewicus Scultetus in Randesahhere. |
| 1212. | Coram Manegoldo, Pataviensi Episcopo, Timo quidam, Pataviensis Canonicus, ad monasterium sancti Nicolai tradit XIV. marcas fini argenti. | . . . . . . . . | Ulricus, Abbas in monte S. Michaelis, et Erchenbertus Minister ecclesiae sanctae Mariae in Waltsassen, recognoscunt cessionem curiae in Heitinesvelt, monasterio Waldsassensi olim pro censu factam. |
| 1212. | Leutoldus Comes de Plaein Berthesgadensi ecclesiae confert jus suum forestae in nemore Niderham, (Niederheim prope Henberg, praef. Berchtesgaden) tertium scilicet arborem, a Daringone et Ortolfo, fratribus de Steveninge, resignatum. Testis: Conradus Comes, Leutoldi Patruus.<br>vid. v. *Koch* II. 38. | . . . . . . . . | Otto, Novi Monasterii Praepositus, et Wilhelmus Decanus, Jacobo et Vischelin judaeis conferunt curiam quandam, quae Alberti Stukelere vocatur, a Friderico filio Alberti, et Heinrico Logelin comparatam. Testes: Natan Magister judaeorum. Habraham de Swinfurt. Jacobus de Rotenburch. Bonifan. Jacobus Senex. Joseph de Augusta. Libermann. Caleman. Sconeman. Joseph. Michael. Anselm. Vives. Judaei. Acta Bertoldo de Hennenberch urbis Wirceburgensis praefecto. |
| 1212. circiter. | Chunradus Comes de Wasserburg Ottoni Comiti de Gruenbach confert curiam in Hoecchen. (M. B. I. 281.) | . . . . . . . . | Coram Wilhelmo Novi Monasterii Decano fratres hospitalis sancti Oswaldi vineam in monte Vlechenode (agri Wirceburgensis) cum decima comparant a quadam muliere, nomine Seburc. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1212. circiter | Eberhardus S. Emmerami, Rudigerus de Prunesingen, Heinricus de Proule, Matthaeus S. Jacobi Abbates, Innocentium Papam III supplicant, ne porro litteris Salzburgensis Archiepiscopi urgeantur ad receptionem nefandi hominis, qui quarta vice pro furto et incendio ex monasterio Ensdorfensi ejectus, histrio denique factus, in solennitatibus principum corporis sui faciat spectaculum, vestibus militaribus indutus per universas provincias deambulet, incendiariis quoque et praedonibus sese immiscerat. | | |
| 1212. circiter | Eberhardus S. Emmerami Abbas Alberto de Tygingen possessiones Ukhenbiunt (Luchenpoint) et Eschelbach, ab eo refutatas, jure reddit censuali. | | |
| 1213. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Wilhelmus, Novi Monasterii Decanus, Eberkino, uxorique Irmengardi, domini Heroldi Parvi Filiae, confert curiam Espenvelt, sitam in vico Lovergazen, a domino Gotefrido Bauwaro concanonico sancti Johannis de Monte per G . . . Decanum resignatam. Testis: Heinricus Magister coquinae Regis. Acta VII. Id. (7.) Februarii. |
| 1213. | . . . . . . . . . . | Heinricus, Abbas Campidonensis, Friderico II, Romanorum et Siciliae Regi in feodum confert advocatiam bonorum, ac beneficia ecclesiae Campidonensis, uti quondam consanguineus suus, Marchio de Ronsperch ea habuerit, hac tamen lege, ut Abbas successores que sui eorundem bonorum Regis sint perpetui provisores seu procuratores. Testes: Comes Heinricus de Burgow, Bertoldus senior de Niffen, Heinricus de Cholentenz, Marescalcus Imperii, Hermannus de Sulzberch, Bertoldus, Marescalcus Campidonensis, Acta Ind. XIII. (I. anno Regni in Imperio I. in Sicil. XV. Data Constantiae in curia solemni, Kal. (1.) Aprilis. | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1213. | Innocentius Papa III, monasterio Rotae confirmat jus patronatus in Niederroth. Dat. Laterani IV. Id. (10.) Aprilis Pontif. anno XVI. (M. B. I, 369) | | |
| 1213. | Idem Abbates de Windeburga et de Altaha (Niederaltaich) contra Albertum civem Pataviensem, monasterio Altaheni legatam pecuniam detinentem, judices delegat. Datum Laterani Id. (13.) Aprilis. | | |
| 1213. | Idem universos Christi fideles per Salzburgensem provinciam constitutos, ut terrae sanctae succurrant, provocat. Dat. Laterani VI. Kal. Maii (26. April) Pontif. anno XVI. | | |
| 1213. | Manegoldus Pataviensis Episcopus Choro Pataviensi universa ad jus cathedralium sibi adepta confirmat. Dat. apud Pataviam per manum Christiani Notarii XVII. Kal. Junii (16. Maii) Ind. I, Pontificatus anno VIII. | | |
| 1213. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, confirmat Cunonis, quondam Comitis de Meglingen, donationem novae partis decimarum in Suezenbach, pauperibus in Patavia factam. Dat. apud Mulendorf VI. Kal. Julii (26. Junii). Pontif. anno XIII. | | |
| 1213. | . . . . . . . . . . | . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Rex, confirmat venditionem praedii in Gerute (Reuth, praef. Heilsbronn) a ministeriali suo Friderico de Hasloh per manum Ramungi de Swabach conventui in Halisbrunnin factam. Dat. apud Norinberc Ind. I, II. Kal. Augusti (31. Julii). Testes: Conradus, Spirensis et Metensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius. Heinricus Marscalcus de Kallindin. Heinricus de Rotinburc, Magister Coquinae. |
| 1213. | Innocentius, Papa III, donatam ab Heinrico Imperatore ecclesiae Pataviensi Abbatiam sanctae Mariae in Patavia confirmat. Dat. Signie V. Id. (9.) Augusti, Pontif. anno XVI. | | |
| 1213. | . . . . . . . . . . | . . . . . . | Henricus, sancti Stephani Abbas, capitulo majori Wirzburgensi concedit hortum ante portam monasterii, ad aedificandam curiam autumnalibus capituli commoditatibus opportunam, cum tempore schismatis |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | | sub Ottone Imperatore et Innocentio III, Papa propter castellum civitatis curia capituli, in qua torcularia reposita fuerant, demolita fuisset. Testes: Nydungus et Heinricus Sculteti. Billungus Camerarius, Heinricus Dapifer. Acta Ind. I, mense Julio. Bertholdo puero de Henhinbere urbis praefecto. |
| 1213. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sibertus Stuhar Popponi Praeposito totique Capitulo Babenbergensi restituit quosdam sancti Georgii censuales, violenter sibi vendicatos. Act. XII, Kal. Januarii (21 Decembr.) |
| 1213. | Compositio inter Ratisponensem Episcopum Chunradum, et Ludwicum Ducem Bavariae, super reciprocae donationis (MCCV.) renovatione. Testes: Ulricus de Sancto Cassiano, Vicedominus Ducis; Comes Ratbohus de Kirchberch; Comes Meinhard de Rotenecke. Act. Ind. I.<br>vid. *Hund* l. c. II. p. 235.<br>*Lünig* l. c. P. spec. Cont. II. p. 125. | | |
| 1213. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ekkiberto Babenbergensi Episcopo Louliardis, nobilis femina de Crougelstein, domum in suburbio, hoc est in ripa, sitam, (Bachstrasse) delegat. Dat. Ind. I. anno Pontif. XI. |
| 1213. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Herbipolensis Episcopus, hominibus de Rimpure (Rimpar) proprietates suas beato Kiliano pro pensionibus annuis, vulgo Obelei dictis, offerentibus, defensionis subsidium et juramen repromittit. Testes: Theodericus in Houge Praepositus, Gotefridus in Muchenstat Praepositus, Heinricus Marescalcus de Lare, Volkerus Dapifer, Wolframus Pincerna, Albertus de Homberch Scultetus, Heinricus Dapifer, Billungus Camerarius, Heinricus Pincerna, Albertus Magister coquinae, Hermannus Notarius. Acta Ind. II. Episcopatus anno VII, Bertholdo puero Comite de Hennenberch urbis praefecto. |
| 1213. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus de Vanria claustro in Spainshart confert praedium suum in villa Swarza, recipitque tantundem redditaum ex adjacente villa Rutelin. Act. Ind. II Epacta VII, electionis Friderici Regis anno I. |
| 1213. | . . . . . . . . . | Heinricus, Abbas S. S. Udalrici et Afrae, accipit praedium quoddam in Auenhusen (Auhausen, praef. Göggingen) ab Ulrico de Norndorf, Pfluch cognominato, resignatum. Acta anno Innocentii Pontif. XVII. (XVI.) anno Regni II. et Sifridi Augustensis Episcopi V.<br>(M.B. XXIII. 5.) | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1213. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Perenus, Decanus majoris ecclesiae Wirceburgensis, duo jugera et dimidium vineae in Selbere, (Seelberg) a Conrado Brunneo, civi Wirceburgensi, pro lumine in cimeterio, quod Lichhof dicitur, oblata, commendat Einwico ecclesiastico, sub onere luminis sustentandi. Acta Boppone de Henneinberch urbis praefecto. |
| 1213. circiter | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Romanorum et Siciliae Rex, locum Wechterswinkle petente C . . . praeposito, in protectionem suam suscipit. |
| 1213. circiter | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Persius, Wirceburgensis ecclesiae Decanus, monachis Bergensis monasterii tradit oblationes in Lindelbach (praef. Ochsenfurt) ab Alberto de Phuzeche Canonico possessas, quinquaginta duo jugera continentem, silvam in monte Mittelberc, pro quinquaginta aliis jugeribus prope villas Hugenliten et Rieth. |
| 1213. circiter | . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Romanorum Rex, a cancellario suo Gotefrido, Imperii legationibus praeposito, Praepositurum Wirceburgensem in manus suas per unius anni circulum suscipiens, jura Praepositurae et debentium et ex proventibus unicuique satisfacturum esse spondet. |
| 1213. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | H . . . Abbas Herveldensis, sed in tractatu negotii Abbas sancti Stephani, H . . . de Nuwenstat et H . . . de Celle Abbates, ex mandato Innocentii Papae d. d. Laterani XIV. Kal. Januarii (19 Decembr.) anno MCCXIII. majoris ecclesiae Wirceburgensis Canonicum quendam C . . . propter participationem cuiusdam homicidii suspensum, facta purgatione absolvunt. Acta Wirceburg in claustro majoris ecclesiae VII. Kal. Februarii (26 Januarii.) |
| 1214. | Innocentius Papa III. conventui de Reitenhaslach remittit omnes decimas de novalibus seu nutrimentis animalium. Dat. Romae apud sanctum Petrum XV. Kal. Aprilis (18. Mart.) Pontif. anno XVII. | | |
| 1214. | Idem monasterium Aldersparense in protectionem suam suscipit. Dat. ibidem per manum Reinoldi, Papae Acolyti et Capellani X. Kal. Aprilis (23. Mart.) Ind. XI. (II.) Pontif. anno XVII. | | |
| 1214. | Idem monasterium Reitenhaslach in protectionem suam suscipit. Dat. ibidem per manum Reynaldi, VII. Kal. Aprilis, (26 Mart.) Ind. II. Pontif. anno XVII. (M. B. III. 126). | | |
| 1214. | Idem monasterium in Wierss (Weissenohe) Friderico Romanorum et Siciliae Regi protegendum commendat. Dat. ibidem, II. Id. (14.) Maii. Pontif. anno XVII. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1214. | Fridericus II, Romanorum Rex, Chunrado, Brixinensi Episcopo, confirmat privilegium Philippi Regis, de utilitate argenti fodinae. Dat. Ulmae V, Kal. Junii (28. Maii). | | |
| 1214. | Coram Chunrado, Brixinensi Episcopo, Mathildis, filia Richeri de Hohenburch, cum Hugonis de Tufers et Arnoldi de Rodench filiis, jura sua in nonnullis possessionibus juxta castrum Hohenburg, in Puchperch, Egerda, Allingen, Seeit, Munelingen, apud Rariuriet, Hagebach, Chifrissone et in Altengeberche cedit Abbati Tegernseensi pro centum marcis argenti. Facta Ind. II, III, Id. (11.) Septembris. | | |
| 1214. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Novi Monasterii Capitulum in Wirceburch militi cuidam Reinhardo jure haereditario confert vineam quandam incultam in loco Blessenburch (agri Wirceburgensis). Testes: Willehelmus Decanus, Bertholdus Scultetus, et Arnoldus frater ejusdem, Theodericus Scultetus et Heinricus frater ejus. Acta Ind. II. |
| 1214. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Hartungus liberae conditionis Heinrico S. Stephani in Wirceburch Abbati relinquit filiam suam Liebardam, Hartungo cuidam, ecclesiae S. Stephani proprio, nuptam. Acta Episcopatus domini Ottonis anno VII. Schannat Vind. Coll. II p. 200. |
| 1215. | Heinricus de Kalntin, Imperialis aulae Marschalcus, Caesariensi coenobio donat praedium in Egewil, cum jure patronatus et jure instituendi pastorem, quod a vulgo Hirtschaft dicitur, una cum hominibus villae praefatae. Testes: Hiltebrandus, Marscalcus, Heinricus et Rudolfus, frater ejus de Bapfinhaim. | | |
| 1214. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Mathaeus Abbas Scotorum Wirceburgensium, Conrado dicto Schechenbach confert juger unum vineti situm in Winterliten, (agri Wirceburgensis). Testis: Billungus Camerarius. |
| 1214. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Albertus Plebanus de Rekkenze (Regnitzhof, modo Hof) anniversarium suum in Ecclesia S. Jacobi Babenbergae constituit. Act. sub Rege Friderico et Episcopo Babenbergensi Ekeberto. |
| 1215. circiter. | Coram Eberhardo, Salisburgensi Archiepiscopo, Heinricus de Sechirchen, ministerialis, capellae et ecclesiae in Hadmaringen cedit curtem et mansum ibidem, | | |

| Anno | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | duo molendina in Sueoenheim (Siezenheim prope Salzburg.) unum mansum in Tahkingen (Fischtahing prope Seekirchen), dimidium in Flsch, curtem unam in Mosen, quas comes antea in dominium suum subjicere satagebat. Praesente Ottone, majoris ecclesiae Praeposito, posterius Episcopo Brixinensi, Testibus: Chunrado, Burggravio, Baboue de Longowe. | | |
| 1214. circiter. | Compositio inter Priorem ad sanctum Petrum ex una et Plebanum Superioris Monasterii ex altera parte super orto quodam, Ratisponae ante dictum monasterium versus muros sito. | | |
| 1214. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, instituit Episcopalem Cathedram in Monasterio Canonicorum regularium Chiemensis Insulae. (Sine die, inserta Bullae confirmatoriae Alexandri IV. de dato Neapoli IX. Kal. Januarii (24. Decembr.) Pontif. anno I. MCCLV.) | | |
| 1214. | Innocentius Papa III. hancce Episcopatus institutionem confirmat, (*) reservatis Archiepiscopo Salisburgensi patronatus juribus et decimis, deputatis autem novo Episcopo annuis redditibus C. C. C. marcharum in Saleraueh, Piozenowe, Wilchelmesdorf, in vineis Austriae apud Arnsdorf, et in domo Salisburgensi juxta ecclesiam sancti Laurentii (in Bramberg), in Stuhvelden, Celle et Hoven (Bischofshofen). Dat. Laterani V. Kal. Februarii (23. Januar.)<br>vid. *Lünig* Spicil. Eccl. I. Forts. 1062. | | |

*) Has inter fines: a terminis parochiae Pyrer usque ad Insulam Chiemsensem, deinde per Prien (Priene) et Selhuben parochias, ac deinde per valles Gunzaswe, et inde per montem Steichen (Streichen prope Marquardstein) et per valles Bruchmuthal, claudendo parochias Chirchdorf et sancti Johannis, usque in summitatem montis Iuchperg (prope Kitzbühel in Leukenthal) per longitudinem; per latitudinem vero per valles Pilliersee, Brichsenthal et Elmowe (Ellman) usque ad fines Parochiae See.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1215. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Innocentius Papa III. ecclesiam S. Johannis Baptistae Rebedorfensem (praef. Eichstaedt) protegendam suscipit. Datum Laterani II. Kal. Aprilis (31. Mart.) Pontif. anno XVIII. |
| 1215. | Friderici Regis consensus ad erigendam in monasterio Chiemensi Episcopalem sedem, in qua investitura Regalium ad Archiepiscopum Salisburgensem pertineat. Dat. apud Augustam Non. (5.) Aprilis. | | |
| 1215. | . . . . . . . . . . | F . . . Romanorum Rex confirmat, quae Heinricus de Sleifdorf Cesariensi ecclesiae donaverit, scilicet jus patronatus ecclesiae in Holzen, et capellae in Volpersteten, ecclesiam in Ostheim, curtes in Abbateshoven et Seratenhoven, et praedia in Sundernheim, mediantibus Ottone Comite de Kirbere, Bertholdo Comite de Lechsgemunde, et Sibotone de Albecge. Testes: Ruodolfus Palatinus de Tuwingen, Hartmannus Comes de Dilingen, Siboto de Albecge et Witegou, frater ejus. Acta apud Ulmam III. Id. (11.) Aprilis Ind. III. | |
| 1215. | . . . . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum et Siciliae Rex, domui hospitalis sancti Antonii in dioecesi Viennensi donat jus patronatus ecclesiae de Memmingen, in dioecesi Augustana. Testes: Bertholdus de Nifen et Heinricus filius ejus. Dat. Warmaciae XI. Kal. Maii (21. April.) Ind. II. (III.) | |
| 1215. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Fridericus, Romanorum Rex, per manus Sibotonis de Loren et Friderici de Druhindingen, ad officium dapiferatus S. Kiliani tradit Cunradum, filium Ludovici de Stolberch, fidelis sui et Regalis ministerialis. Testes: Lodoycus dux Bawariae. Albertus de Tiefen. Heinricus Magister coquinae. Datum Aquisgrani V. Kal. Augusti, (28. Julii) Ind. III. |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1215. | Chunradus, Praepositus Chiemensis, in manus Marquardi de Perchaim, ministerialis Archiepiscopalis ecclesiae, tradit quatuor areas in civitate Salisburgensi sitas, et ab Archiepiscopo Chunrado I. quondam Chiemensi monasterio concessas. Acta Salzburg XVIII. Kal. Octobris (14. Septemb.) Pontif. anno XV. | | |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Fridericus, Romanorum Rex, hospitale Ierosolimitanum S. Ioanni Baptistae dedicatum restaurans, domum ejusdem Wirceburgensem, a Roberto Curvo donatam, in protectionem suam suscipit. Datum Herbipoli Ind. IV. XVI. Kal. Octobris. (16. Septembr.) |
| 1215. | Otto, Frisingensis Episcopus, ecclesiae Slirensi et Sancto Sixto confert ecclesias Westenhoven et Riede, ad suplementum praebendarum fratrum ibidem deo famulantium. Acta II. Id. (14) Octobris. | | |
| 1215. | Fridericus, Romanorum Rex, Chunrado, Episcopo Ratisponensi, cedit per concambium duo monasteria sive claustra monialium, Inferius ac Superius Ratisponae, ad imperium spectantia, pro civitate Nordlinga et Orengow, atque praepositura in Orengaw. Testes: Otto, Dux Meraniae. Gebehardus Lantgravius de Liukenberge. Heinricus de Niffen. Dat. apud Egram Ind. IV. XI. Kal. Januarii (22. Decembr.)<br>vid. *Hund* l. c. III. p. 4.<br>*Ried* l. c. num. 330. | | |
| 1215. | Bertholdi Ducis Zaeringiae consensus (sine die.)<br>vid. *Ried* l. c. num. 328. | | |
| 1215. | Similiter Liupoldi, Ducis Austriae (sine die.)<br>vid. *Ried*. l. c. num. 329. | | |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . . | Heinricus, Abbas S. Stephani Helenwico Cubiculario haeredibusque ejusdem confert censualem curiam felicis memoriae Hugonis, ecclesiae suae sacerdotis. Testes: Gothefridus de Calenbere Praepositus. Acta Ind. III. Bertoldo puero urbis praefecto. |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Brunwardo de Randersaker et haeredibus ejus confert curiam quandam in Randersahere et quatuor jugera vineti. Acta Ind. III. |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Conrado de Hephenheim ejusque haeredibus pro censu annuo confert areas quasdam monasterio suo contiguas in loco horti ibidem. Testes: Perenus Decanus, Heinricus Dapifer. Acta Ind. III. |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Reichardo fabro ejusque haeredibus elocat aream in hospitali monasterii sitam. Acta Ind. III. |
| 1215. | Rapoto, Comes Palatinus, mediante Manegoldo, Pataviensi Episcopo, jus patronatus in ecclesia Wihmertingen (Weichmerting, praef. Griesbach) resignat Abbati Maenseensi (Mondsee). Testes: Heinricus, Comes de Ortenberc; Gebehardus, Comes de Dornberc. Acta Pataviae Ind. III, Pontif. anno X. | . . . . . . . | Ottonis, Erbipolensis Episcopi, consensu Ebracensis monasterii conventus parochiae Gochsheim, (praef. Schweinfurt) cedit duo jugera et dimidium vineti apud Bercheiden, (Bergheid) pro liberatione census ex iisdem solvendi. Testes: Bertramus Camerarius Episcopi et Parochianus in Mutsbach, Heinricus Dapifer, Heinricus Pincerna, Albertus Magister coquinae. |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Agnes, sanctae Mariae et sancti Theodori in Babenberc Abbatissa, ob raritatem instrumentorum tempore autumnalis collectionis primum obtinet locum in Ysolvistat (Eibelstat, praef. Ochsenfurt), hoc pacto, ut partem quandam vineae cedat parochiae. |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Abbate Fuldensi Tegeno de Lichtenstein monasterio Langheimensi pro agris in Brunenbach et Saxendorf (Brunnbach desert. et Sachsendorf, praef. Sesslach), alios appropriat in Gemunde (Gemünd) et Rechendorf (Recheldorf, praef. Ebern). Act. sub Papa Innocentio et Rege Friderico juniore. |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ekhebertus, Babenbergensis Episcopus, monasterio Langheimensi cedit pertinentia villae Tekendorf (Deckendorf, praef. Lichtenfels) pro agris in Memenadorf (Memoldorf) et in Gesenbach (Güsbach), miles autem de Calemberc beneficium suum pro bonis in villis Withe (Weidach?) Goltbach, et in Meidere (Meeder? in Ducatu Koburg?) Acta sub Papa Innocentio et Rege Friderico. |
| 1215. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ekhiberto Episcopo Gisila, Christi ancilla, et ecclesiae in monte sanctae Mariae custos, a libero homine Heinrico de Griffenstein praedium quoddam in Ufsece (Aufsees, praef. Weischenfeld) VII. talentis comparat, et molendinum ibidem VI. marcis redimit, aream denique in Turstat (Teuerstadt vel Steinweg) cum horto, a Gotfrido Sueuo et Christina de Augia, V. talentis coemit. |
| 1215. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gotfridus, dictus Thelonearius, Heroldo, S. Michaelis Abbati, tradit hortum in Turstat. |
| 1215. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Romanorum Rex, renunciat omni successioni in exuviis rerum ab Episcopis et Praelatis relictarum, nec non praetensis primi anni fructibus. Testes: Otto Frisingensis, Conradus Ratisponensis, |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1216. | Fridericus Rex jura spolii, in cathedrales ecclesias et abbatias regias exercita, remittit. Testes: Otto, Frisingensis, Sifrid Augustensis, Ulricus Pataviensis, Episcopi. Ludewicus, Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Otto, Dux Meraniae. Dat. Herbipoli Ind. IV. anno Regni IV. III. Id. (13.) Maii. vid. *Ried* l. c. num. 331. | |
| 1216. | Fridericus II. Rex concambium cum Episcopo Ratisponensi Chunrado de Inferiori et Superiori Monasteriis initum retractat, et Principum Herbipoli congregatorum sententiam, de non alienandis Principatibus Regni, confirmat. Testes iidem, et Bertholdus nobilis de Niffen, et filii sui Heinricus et Albertus. Chunradus Metensis et Spirensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius, vice domini Sifridi Moguntini Archiepiscopi, recognovit. Acta Herbipoli Friderici Regis anno Romani Regni IV. Siciliae vero XVIII. Datum per manus Bertoldi de Niffen, Regalis aulae prothonotarii. Id. (15.) Maii. Ind. IV. vid. *Hund* Metrop. II. 591. *Ried* l. c. num. 332. | |
| 1216. | Chunradus, Ratisponensis Episcopus, Berensem ecclesiam in possessione decimarum ex praedio suo in villa Winzer, secundum Heinrici Episcopi et Eugenii Pape privilegia, contra Fridericum plebanum manutenet. Act. Ind. IV. Episcopatus anno XIII. Data Ratispone V. Kal. Junii (28. Maii). (M. B. XVI. 115.) | |
| 1216. | Fridericus II. Romanorum Rex, fratres et domum Raitenaslach in protectionem suam suscipit. Act. ind. | |



Franconica.

Otto Herbipolensis, Sifridus Augustensis, Episcopi. Ulricus Pataviensis Electus. Ludewicus Comes Palatinus Reni et Dux Bawariae. Otto Dux Meraniae. Chunradus Metensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius, vice domini Sifridi Moguntiensis Archiepiscopi recognovit. Acta Ind. IV. Datum Herbipoli V. Id. (11.) Maii Friderici II. Romanorum Regis regni anno IV.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | IV. Regnante Friderico anno IV. Dat. Constant. Idus (15.) Julii. (M. B. III. 130.) | | |
| 1216. | . . . . . . . . . | Sententia in causa Chunonis, Abbatis Elwacensis, contra Albertum, Caesariensem Abbatem, super quibusdam decimis bonorum quorundam et unius mansi in grangia Alcheim, eo lata, ut Abbas Caesariensis Abbati Elwacensi solvat L. marcas argenti. Acta in villa Giengen, in parochiali ecclesia ibidem. | |
| 1216. | . . . . . . . . . | Litterae paritoriae Cunonis Elwangensis Abbatis. Acta III. Non. (3.) Augusti, in villa Giengen, Rege Friderico imperante. | |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Herbipolensis Episcopus, majoris ecclesiae confratribus obligat omnes reditus episcopales needum oppignoratos, nimirum: in Heidingsvelt, Randersackere, Ahusen (Sommer Winterhausen), Ossenvort (Ochsenfurt), Frikenhausen, in advocatia Stephe (Steft), in Hittenheim, Windesheim, Berneheim (Burgbernheim), Gessele (Geislingen), Heilichprunnen (Heilbrunn am Nekar), Homburch, Karleburch, Seligenstat, Ridelbe, Gelterssheim, Ebern, Salzburch, Vachedorph (Vachdorf), Melrichstat, Bockpurch, Herlesheim, et de praedio Lambach (in Austria) duci Austriae vendendo mille et trecentas marcas argenti assignat, insuperque promittit, se nullam alienationem, quae vulgo Dinge dicitur, circa barones terrae factorum esse vel admissurum. Datum Wirceburch VI. Kal. Septembris (27. August.) Ind. IV. (III.) Episcopatus anno X. Pontif. Honorii Papae anno I. |
| 1216. | Innocentius Papa III. monasterio in Diessen confirmat ecclesiam Smiehen. Data Viterbii III. Id. (11.) Septembris, Pontif. anno XII. (rectius igitur anno 1209. tribuenda fuisset.) (M. B. VIII. 163.) | | |
| 1216. | Udalricus Pataviensis Episcopus capitulo suo omnes Regum aliorumque largitiones confirmat. Dat. Pataviae IX. Kal. Octobris (23. Septembr.) Pontif. Honorii Papae anno I. Udalrici anno I. | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1216 | Eberhardus, Archiepiscopus Salisburgensis, in controversia Vorbacensium et Vorowensium monasteriorum adjudicat capellas sancti Jacobi et sanctae Margarithae ecclesiae Worowensi, Minchwalde autem monasterio in Vornbach. Data apud Salzburch, per manum Magistri Bernhardi Notarii, VIII. Kal. Octobris (24. Septembr.) | | |
| 1216 | Amicabilis compositio inter Abbatissam superioris Monasterii et Abbatem sancti Jacobi, super constituendo Priore ad sanctum Petrum vacante. Acta Ind. IV. Dat. Ratisponae III. Id. (13.) Octobris, Episcopatus Chunradi anno XIII. vid. *Ried* l. c. num. 335. | | |
| 1216 | Placitum Episcopi Chunradi super danda praebenda a monasterio superiori ad Prioratum sancti Petri consecrati. Act. Ind. IV. Dat. Ratisponae XVI. Kal. Novembris, (17. Octobr.) vid. *Ried* l. c. num. 336. | | |
| 1216 | . . . . . . . . . | Honorius Papa III. mensae Episcopali in Augusta incorporat ecclesiam de Offingen (Subpraef. Maiking). Dat. Laterani IV. Kal. Novembris (29. Octobr.) Pontif. anno I. | |
| 1216. | Honorius Papa III. in causa Abbatis Castellensis contra Plebanum de Wallingen jus patronatus ecclesiae de Gerolse (praef. Parsberg) concernente, excommunicationis sententiam irritam declarat. Dat. Laterani IV. Non. (2.) Novembris, Pontif. anno I. | | |
| 1216. | Leopoldus, Dux Austriae et Styriae, Episcopo Pataviensi concedit transitum ab omni muta et Fûrfart liberum. Acta in Scolis Pataviae Ind. IV. vid. *Hund* I. 381. *Lünig* l. c. II. p. 781. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Trelinus, Abbas Scotorum in Wirceburc, confratribus suis confert quandam domum sitam inter monasterium et Judaeum. Testes: Persona Decanus majoris ecclesiae, Heinricus Scultetus de Telcheim, Iringus Scultetus et frater suus Gotebaldus. Actum Ind. IV. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ottonis Wirceburgensis Episcopi consensu, Gerungus Dives, ministerialis ipsius, ad luminaria ecclesiae Scotorum deputat domum quandam inter domos carnificum prope Moganum. Testes: Heinricus de Rotenburc, Magister coquinae, Hertwicus cognatus suus, Heinricus de Thelcheim Scultetus, Beregerus frater suus, Heinricus Dapifer. Acta Ind. IV. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, claustralibus de Langheim mortis causa donat praedium in Langrestat (praef. Kronach). Testes: Eggebertus Babenbergensis Episcopus, Comes Poppo de Strale, Dipoldus, Marchio de Vohburch. Act. Ind. VI. (IV.)<br>vid. *Ussermann* l. c. pag. 142. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ekbertus, Babenbergensis Episcopus, pro VI. marcis auri, a sorore sua Gertrude, Regina Ungariae transmissis, sororibus in monte beatae Mariae Babenbergae bona in Linendorf, ab Heinrico Slicherio de Uragone evicta, recuperat. Act. Ind. IV. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem iisdem sororibus confert advocatiam curtis in Birchech (Würgau, praef. Scheslitz) cum attinentibus villis Hurnimundesdorf et Zizenchendorf, (Kötzendorf et Zeckendorf) a Duce Meraniae, fratre Episcopi, ex feudo procedentem, et a Lutone de Slehte Babenbergensis ecclesiae ministeriali resignatam. Testis: Dux Meraniae. Act. Ind. IV. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem iisdem sororibus offert praedium quoddam in Rozzendorf (Rotzendorf, praef. Weischenfeld) ab Eberhardo de Widen coemtum; praedium in Lintenhart ab Heinrico Slicherio comparatum, et villam in Vrisen (Friesen, praef. Bamberg), ab Eberhardo de Grifenstein acquisitam. Acta Ind. IV. Pontif. anno XIV. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem Episcopi auctoritate dictae sorores Sifrido Cotler, Babenbergensi Burgensi, locant molendinum quoddam et hortum in civitate Babenberg. Act. Ind. IV. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Lupoldus de Rotenberg pro conjugis suae Berthradae, in coenobio Banzensi sepulturae, anniversario, eidem monasterio offert mansum unum in Bochenz (Püchitz, praef. Banz.) Act. Ind. IV. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Confirmatum per filios Lupoldi anno MCCXXX. Ind. VII.<br>vid. *Sprenger* l. c. pag. 269. |
| 1216. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heroldus, Abbas sancti Michaelis in Babenberg, pro reluitione mansi in Welbehusen (praef. Uffenheim) obligat duos mansos in Crupesveld et in Coste. Act. Ind. IV. |

| Anno. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1216. | . . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Elgebertus, Babenbergensis Episcopus, villam in Widena (Weidnitz, praef. Weismain), a Mahtilde de Weidnitz ecclesiae Babenbergensi donatam confirmat, eidemque confert Mergardim et Elbehardum, militaris conditionis homines, sub jure synodalium personarum, aliosque servos, sub lege censuali. Actum Ind. V. Pontif. anno XIII. |
| 1216. | Ecchebertus, Babenbergensis Episcopus, monasterio Ensdorfensi tradit quinque mansos in villa Francheua (Francheuau) sibi a Popone de Stirberch, in procinctu transfretandi constituto, resignatos. Acta Pontif. Echberti anno XV. (M. B. XXIV. 45.) | | |
| 1216. | . . . . . . . . . . . | Sifridus, Episcopus Augustensis, monasterio in Ursberg donat ecclesiam in Hellering (Hellmeringen prope Lauingen). | |
| 1217. | Fridericus III. Romanorum Rex ecclesiae Pataviensi feodum quoddam Imperii, Abbatiae beatae Virginis in Passau (Niedernburg) quondam collatum, in hunc finem restituit, ut per Episcopum Udalricum, nomine Pataviensis Ecclesiae, Ducibus Bavariae in feodum iterum offeratur. Acta Anno Regni Romani V, Siciliae vero XVIII. Dat. in solemni curia apud Nurenberch XII. Kal. Februarii (21. Januar) Ind. V.<br>vid. *Hund.* I. 381.<br>*Lünig* l. c. p. 731. | | |
| 1217. | Idem praefatae ecclesiae Pataviensi confert comitatum praediorum per loca Bagive, a Ludevico Bavariae Duce in manus Regis resignatum. Acta Anno Regni Romani V. Siciliae XVIII. Dat. in solemni curia apud Nurenberch VIII. Kal. Februarii, (24. Januar) Ind. V. | | |
| 1217. | . . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Chorus Augustensis ecclesiae de Auhusen (Ahausen) in feodum censale confert praedium in Lentersheim (praef. Wassertrüd.), ab Juta de Lentersheim Ulrico de Michilnbach traditum, ab eoque resignatum. Dat. IV. Non. (4.) Martii, sub Rege Friderico, et Sifrido Episcopo Augustensi, Pontif. ejus anno X. |
| 1217. | Idem donationem mansus unius apud Schorrin, a ministeriali suo Friderico de Raufringen, ecclesiae in | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | Buria (Benedictbeuern) factam, ratam habet. Dat. apud Augustam VI. (M.B. VII. 112.) | | |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Eccheberus, Babenbergensis Episcopus, bona a Gotfrido de Rappendorf resignata, in Mitendorf et Zeckindorf (Mistendorf et Zengendorf, praef. Bamberg) tradit ecclesiis S.S. Petri et Jacobi in Babenberg. Facta V. Id. (11.) Julii, feria secunda (III.) in domo dilecti patrui Episcopi majoris Praepositi, traditio vero bonorum istorum celebrata est super altare sancti Georii. Act. Ind. V. |
| 1217. | . . . . . . . . . | Echenbrunense Monasterium Deganhardi de Biberbach filio praedium quoddam monasteriale jure censuali ad dies vitae concedit. Acta Ind. V. XI. Kal. Augusti, (22. Julii.) | |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Wernherus Scriba, Novi Monasterii Canonicus, fundat vicariam sancti Laurentii et capellam in platea sancti Stephani cum dote in Rudern, Hohenbuch, Maraberg, Gemberg, et in Grue (agri Randersacker et Wirceburg). Testes: Wilhelmus Novi Monasterii Decanus. Gotefridus Praepositus. Heinricus de Rotenburc, Magister coquinae. Acta VI. Id. (8.) Septembris. Episcopatus Otonis anno XI. |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ekkeberto, Babenbergensi Episcopo, Heroldus, Abbas sancti Michaelis in Babenberg, omne feodum Heinrici Stickerii in Gremesdorf (Gremsdorf), Hostet (Höchstedt), molendinum in Meidebach (Medbach), quaedam beneficia in Bache (Bach) et quaedam prata in Wegekke (desertum) uxori suae Sophiae, post mortem mariti obtinendum, confert. Act. Ind. V. Pontif. anno XV. |
| 1217. | H. Tegernseensis et H. Burensis Abbates de hominum suorum mutuis connubiis transigunt. Acta Ind. V. consentiente Advocato eorum Loudowico Bawarie Duce. | | |
| 1217. | Fridericus II. Romanorum Rex Berhtoldo, Brixinensi Electo, concedit omnes argenti fodinas, omnesque venas metallorum et salis in suo Episcopatu. Testes: Fridericus, Episcopus Tridentinus, Ludewicus, Dux Bavariae. Heinricus et Albertus, fratres de Niffen. Jacho de Triuwesheim. Act Anno dominicae incarnationis, M.C.C.XVIII. datum apud Nurenberc IV. Kal. Jan. (29.) Decemb. Indictione VI. id est ob annum illis a nativitate Domini computatum nobis adhuc annus MCCXVII. vid. *Hund* I. 476. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ekhebertus, Babenbergensis Episcopus, super altare sancti Michaelis pro anniversario sui, et patris sui Bertholdi, Ducis Meraniae, et bonae memoriae sororis suae, Gertrudis reginae Ungarorum, offert advocatiam pecunia sua redemtam, bonorum scilicet circa Wachenrode (Wachenroth), ecclesiae sancti Michaelis in Babenberg attinentium, in Elsendorf, Lache, Winterbach (omnes in praef. Höchstadt) aliud Winterbach (Oberwinterbach, praef. Iphoven) Rute (Greuth), Ebesbach (Ailsbach), Tubenbrunne, (Taubenbronn) et Sande (Sand, omnes in praef. Höchstadt). Testes: Otto, Dux Meraniae, Heinricus, Marchio Ystriae, Albrecht (de Zwernz) Wirt (Wirnt de Graevenberg, autor carminis Wigalois?), Otto de Truppach. Act. Ind. V. Pontif. anno XV. quo fuit Jerosolimitana expeditio. vid. *Ussermann* p. 143. |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, in expeditione regia constitutus, ecclesiae beati Dionysii in Bosze deputat praedium suum Gemlence (Gemlenz, praef. Kulmbach), per manum et fidem consanguineorum suorum, Diepoldi Marchionis et Popponis Comitis. Sine die et anno. |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem chartae alterum exemplar sub acto MCCXVII, Ind. V. regnante Friderico. vid. *Sprenger* l. c. pag. 339 et 340. |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sancti Jacobi conventus in suburbio Wirceburgensi, vineas in villa Telheim, ab Heinrico Sculteto uxoreque ejus Juta oblatas, Heinrico Zurnoni, civi Wirceburgensi, elocat. Testis: Gotebold Advocatus. Act. Ind. VI. |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ottonis majoris Praepositi testimonium, quod Sifridus Faber, custodiae majoris ecclesiae Herbipolensis adscriptus, in ultima confessione sese beati Kyliani hominem declaraverit. Acta Pontif. Honorii Papae anno I. |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Chunradus Plebanus in Buhil, (Bühl, praef. Pegnitz) in ecclesiam apud Trubach (Obertrubach) per Bopponem, majoris ecclesiae Praepositum affectatam, a Synodo et Episcopo Ekhiberto solenniter intromittitur. Testis: Sifridus, Comes de Otingin. |
| 1217. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Eckebertus, Babenbergensis Episcopus, Lancheimensi coenobio confert ecclesiam in Wieren (Maria Weyer praef. Münchberg). Testis: Otto, Dux Meraniae. Act. sub Rege Friderico, Pontif. anno XV. |
| 1217. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gundelohus, Decanus, curiam suam cum area, apud portulam minorem Babenbergae, ecclesiae ibidem offert. |
| 1217. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Burchardus, S. Jacobi Decanus et dominarum de monasterio S. Mariae Praepositus, sanctimonialibus praefati monasterii tradit praedium in Rut (Ober- et Untergereuth, praef. Bamberg), ab Ottone de Vrensdorf comparatum. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1217. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1217. circiter. | . . . . . . . . . | Coram Bertholdo, Comite de Lechisgimunde, Rudolfus et filius ejus R., nec non domina Berta, Conrado, Abbati Caesariensi, resignant, quae quondam Heinricus miles de Kolnim, respective frater et maritus eorum, monasterio donaverint. Testes: Bertholdus et Heinricus filius ejus, Comites de Lechisgimunde, Heinricus de Dornberc. |
| 1218. | Honorius Papa III. Capitulo sancti Andreae Frisingensis areas, juxta ecclesiam suam sitas, confirmat. Datum Romae apud sanctum Petrum VI. Kal. Junii (27. Maii) Pontif. anno II. | |
| 1218. | Fridericus II. Rex sententiam per Principes et Magnates Imperii latam promulgat, ne Comes aut judex aliquis provinciae, jurisdictionem vel potestatem exerceat puniendi maleficia in illis locis, quibus Imperator per ejusdem forum annuale vel septimanale constituerit. Datum apud Wimpina XI. Kal. Augusti (22. Julii) Ind. VI. (ex archivo Patav.) | |
| 1218. | Idem confirmat traditionem Imperialis Abbatiae beatae Virginis Mariae in Patavia, ad Ecclesiam sancti Stephani factam. Act. Wimpine Ind. VI. Kal. (1.) Augusti. vid. *Hund* I. 383. *Lünig* l. c. p. 721. | |
| 1218. | Coram Rege eodem Chunradus nobilis Comes de Wazzerburch, signo crucis signatus, donat ecclesiae Pataviensi castrum Viechtenstain, ab Ulrico Episcopo titulo pignoris pro mille marcis receptum. Dat. apud Nurenberch XI. Kal. Novembris (22. Octobr.) Ind. VII. | |



## Franconica.

Elias, Abbas sancti Jacobi apud Scotos, Friderico de Mala ejusque successoribus pro censu elocat agrum et vinetum in monte Boilli (Buchleiten, agri Wirceburgensis).

| Annus. | Bavarica. | Alemannica. |
|---|---|---|
| 1218. | Testes: Lodewicus, Palatinus Rheni et Dux Bavariae, Theobaldus Dux Lotharingiae, Rapoto Palatinus Bavariae et Heinricus, Comes de Ortenberch. | |
| 1218. | Fridericus II. Rex Inferiori monasterio (Ratisponae) in perpetuum remittit decem libras ad cameram imperialem annuatim olim solvendas. Testes: O. Wirciburgensis Episcopus, Lodowicus, Dux Bawariae, Palatinus Comes Regni, Guerardus et Ulricus Comites de Helfenstein. H. de Niffen. Conradus Metensis et Spirensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius, vice domini Sifridi Moguntini Archiepiscopi recognovit. Datum apud Nuerinberc, III. Kal. Novembris (30. Octobr.) Ind. VII. | |
| 1218. | Heinricus, Comes de Orthinberg, commutat cum Abbate de Waldsassen praedia quaedam in Sewarn et in Tursinruth. Determinatum apud Wartperch IV. Non. (2.) Novembris. Testes: Heinricus, filius Comitis Heinrici de Ortenberc. Bertholdus Dapifer de Perin. Wernherus Pincerna de Anzinchirgin. | |
| 1218. circiter. | Heroldus, Abbas sancti Michaelis et Marquardus sacerdos Babenbergensis, judices ab apostolica sede delegati, Gebehardum, Abbatem de Chastel, ab impetitione Chunradi, Plebani de Waelhingen, ecclesiam in Gerolzae (praef. Parsberg) tamquam filiam arrogantis, absolvunt. Acta pridie Id. (12.) Decembris in claustro majoris ecclesiae Babenbergensis. | |
| 1218. circiter. | Conformis sententia, praesidente Hartmundo Abbate de Vrabe, inserta testium probatione super quadragenaria quieta possessione. Eodem. | |
| 1218. | Episcopatus Chiemseensis fundatio per Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem, apostolicae sedis legatum. Datum Salzburg III. Kal. Januarii. (30. Decembr.) (M. B. II. 394. sed nominibus maxime corruptis.) | |



Franconica.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1218. | Fridericus Romanorum et Siciliae Rex, coenobio Steingadensi donat ecclesiam de Schardis. Dat. apud Nuremberc, mense Decembris Ind. VI. (VII.) (M. B. VI. 508.) | | |
| 1218. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Eberhardus de Ratolsdorf, Heroldo, sancti Michaelis Abbati in Babenberg, constituit quandam oblationem fructuum ex vineis in Appestorf (Abtsdorf, praef. Burgebrach) a Hermanno de Barestein resignatis, et in subsidium ex redditibus in Ebingen (Ebing, praef. Seslach). Act. Ind. VI. |
| 1218. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Coram Ottone Herbipolensi Episcopo pueri de Lowenrode renunciant proprietatibus in Veltkebreche (Feldbrecht, praef. Mkt. Erlbach) a Friderico de Eberspereh coenobio in Halesprunnen venditis. Act. sub Honorio Papa III. Pontif. sui anno II. Episcopatus Ottonis anno XII. |
| 1218. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Dominus Gerardus, miles de Narza, Ottoni, Wirceburgensis ecclesiae majori Praeposito, et Iringo Decano tradit super altare sanctae Mariae Virginis in ecclesia beati Kyliani ancillam suam Mergat. Testes: Walperius Scultetus, Albanus Pincerna. |
| 1218. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Ottonis* Wirceburgensis majoris Praepositi consensu, Magister Burchardus, hospitalis sancti Egidii et sancti Theoderici Procurator, judaeo Suzkint nomine vendit particulam areae in fine curiae hujus hospitalis prope locum, qui Rigol dicitur, diu dilapsam, adjecta conditione, ut judaeus in loco Rigol aquaeductum subterraneum, qui Thol vocatur, sumptibus suis ad longiorem durationem debeat praeparare. Testes Judaei: Calman, Liebermann de Grunevelt, Bonifau, Senneman, Abraham. |
| 1218. | . . . . . . . . . | . . . . . . | W . . . Novi monasterii Decanus Alberdi, Brunwardi militis de Randersaker viduae indulget, ut filio suo ante se morituro in possessione oblationis succedat. |
| 1218. | B . . . Brixinensis Ecclesiae Electi auctoritate Arnoldus de Rodinch et filii ejus Fridericus et Arnoldus, feoda sua, curiam scilicet ad Rittefuoz et possessiones Noces, Rers et Vorsimpt delegant nepotibus suis, Ernesto, et Heinrico de Vogetesberch. | | |
| 1218. | Bertoldus, Brixinensis Electus, componit litem inter se et ecclesiae suae ministeriales, Ernustum scilicet Burchravium de Vogetsperch et fratres ejus Heinricum et Gotschalcum, super quibusdam hominibus obortam. Acta Brixinae in capella sanctae Mariae. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1218. | Fridericus, Romanorum Rex, restitutionem bonorum monasterio in Waldsassen injuste ablatorum praecipit. Dat. apud Nurinberg. | | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | Fridericus II. Ottoburensis monasterii privilegia confirmat. Dat. apud Wingarten, pridie Non. (5.) Januarii anno Regni in Germania VIII. Testes: Henricus major Constantiensis Praepositus, Imperialis aulae Protonotarius, Conradus Burgravius de Nurenberc. | |
| 1219. | H. . Episcopus Eistetensis erga monasterium Caesariense renunciat juri patronatus ecclesiae Egewil, Act. XVIII. Kal. Februarii (15. Januar.) | | |
| 1219. | Honorii Papae III. data securitas, ne legati apostolici sine speciali mandato excommunicationis sententiam in monasterium Waldsassense proferre audeant. Dat. Laterani V. Id. (9) Februarii, Pontif. anno III. | | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | Honorius Papa III. Eistetensi capitulo confirmat possessionem pacificam ecclesiae de Hemesfurte (Heinsfart, prope Oettingam) ipsi ab Episcopo Eistetensi collatam. Dat. Laterani Idibus Martii (15. Mart.) Pontif. anno III. | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | Idem, confirmat arbitrium in causa Caesariensis et Elwacensis Abbatum super decima de Aicheim. Dat. Laterani XVII. Kal. Aprilis, (16. Mart.) Pontif. anno III. | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Otto, Herbipolensis Episcopus, capellam in Westheim a matrici parochia in Bernheim (Burgbernheim) emancipat, ipsique villas Urfersheim, Suntheim (Sontheim) et Wesach incorporat. Dat. Ind. VII. Episcopatus Ottonis anno XII. III. Kal. Aprilis (30. Mart.) Testes: Albertus Magister coquinae, Luipoldus Scultetus de Rotenburch. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1219. | Honorii Papae III. mandatum ad Abbates Praemonstratenses, privilegia ecclesiae Staingadensis ut conservent. Dat. Laterani III. Id. (11.) Aprilis Pontif. anno III. (M. B. VI. 510.) | | |
| 1219. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem anni. Heinricus, sancti Stephani Abbas, domino Eberhardo, Ebracensi Abbati, confert curiam in civitate Wirceburgensi Sunderhofen, a Cunrado diacono collatam, et per manus Heinrici de Hohinloch, et Theoderici Praepositi de Houge resignatam. Testes: Otto Praepositus, Iringus Decanus, Heinricus Custos, Dux de Thelir, Wilhelmus Decanus Novi Monasterii, Heinricus Magister coquinae, Herwicus filius sororis suae, Walpertus Scultetus. Acta Ind. VII. Episcopatus anno XII. XVIII. Kal. Maii (14. April.) |
| 1219. | Chunradus Episcopus Ratisponensis monasterio Waldsassensi confert decimas totius praedii Tursenriut, reservatis plebano decimis ex silvis exstirpatis. Act. et dat. apud sanctum Emmeramum VIII. Kal. Maii (24. April). | | |
| 1219. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Honorius Papa III. monasterio in Kizingen incorporat ecclesiam de Jpphoven (Iphofen, praef. Mkt. Bibart). Dat. Romae apud sanctum Petrum XI. Kal. Junii (22. Maii) Pontif. anno III. |
| 1219. | Fridericus II., Rex Romanorum et Siciliae, Mathildi Abbatissae superioris Monasterii in Ratispona advocatias de Tegirnheim, Baeldinhoven, Otmaringin et Nuzingin (*Nenzing im Wald*) cum aliis advocatiis, ab Ulrico de Beulingen coram judice evictas concedit, et Ludovico illustri duci Bawariae Palatino protegendas committit. Datum apud Nurinberc Kal. (1.) Junii. Ind. VII. vid. *Ried* l. c. num. 338. | | |
| 1219. | . . . . . . . . . | Rudolfus, Abbas Schafusensis, Praeposito in Wihenberch (Weihenberg, praef. Wertingen) locat molendinum in Wertunga (Wertingen) situm. Act. in Monasterio Schafhusen XI. Kal. Julii (21. Junii) *Friderico* Romanorum Rege, Regni anno VII. (VIII.) | |
| 1219. | Coram Chunrado, Ratisponensi Episcopo, et per manum salamanni, Wernheri de Abensperch, Heinricus de | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1219. | Rondslib, Ebheberto Abbati in Waldsassen tradit praedium suum in Strengeliten, et silvam in Rorgenlab. Act. IV. Non. (2) Augusti, in Ratispona. | | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | Sifridi Augustensis Episcopi statutum de Canonicis ad capitulum et vocem inibi admittendis. Acta die IV. Non. Sept. Indict. VII. | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | Fridericus II. Rex, et Heinricus filius, Suevorum Dux, Conrado, Abbati, monasterii Faucensis (Füssen), reddunt provinciam Aschowe (Aschau, praef. Reute) a curia Museron (Mussu, prope Vils, praef. Füssen), usque Hornbach terminos suos habentem, cum curtibus Giśsriet (Geisenried, praef. Obergünzburg), Aitranc (Aitrang), Sechsenriet (praef. Buchloe), Hohenfurhe (Hohenfurch, praef. Schongau) et Richelingin (Reichlingen, praef. Landsberg). Dat. apud Ulmam IV. Id. (10) Septembris. Ind. VI. (VII.) | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | Idem Romanorum et Siciliae Rex, Heinrico, Campidonensi Abbati, concedit advocatiam bonorum monasterii pro annuo censu quinquaginta marcarum argenti cameras imperiali solvendo, sub custodiis monetae, a monasterio hactenus custodi. Testes: Ulricus, Episcopus Pataviensis, Hugo, Comes de Monte forti, Heinricus de Niffen, Hermannus de Sulzberc, Heinricus et Ulricus, filii ejusdem. Data apud Ulmam XIV. Kal. Octobris (18. Septemb.) Ind. VII. | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
| --- | --- | --- |
| 1219. | Liupoldus, Dux Austriae et Styriae, a curia domini Regis apud Noerenberch celebrata Ratisponam reversus, Wernhero de Motzinge, praedia sua apud Motzinge in consanguineum suum Heuricum de Eberspiunte, transmittenti, et ab Episcopo Ratisponensi bona in ducatu Austriae apud villam Riuste pignoris jure accipienti, consensum suum impertit. Testis: Comes Conradus de Ploien. Acta Ind. VIII. ad Ratisponam II. Non. (4) Novembris. vid. *Ried* l. c. 239. | |
| 1219. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . |
| 1219. | . . . . . . . . . . | Sifridus Augustensis Episcopus ecclesiae S. Mariae in Wetteuhusen, cui Gerhardus miles praedium suum in Eberspach cum jure patronatus, domino Brunone de Eberstal consentiente, tradidit, curam animarum eodem in Eberspach concedit. Acta Idus (13.) Nov. in festo b. Bricii hora I. in claustro majoris ecclesiae Augustensis, coram Rapotone majore Praeposito, Rudigero de Lucelenburg, Friderico de Riethusen militibus. |
| 1219. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . |



## Franconica.

Fridericus II. Romanorum Rex, civitatis suae Nurembergh antiqua jura confirmat. Testes: Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae. Comes Cunradus, Burggravius de Nurenberg. Dat. apud Nürnberg VI. Id. (8.) Novembr., Ind. VII. (VIII.)

vid. de *Murr* commentatio de re diplomatica Friderici II. pag. 69.

*Wölkern* historia diplomatica in prodr. pag. 9. et Singul. Norimb. pag. 585.

*Schütz* Hist. Brand. dipl. p. 58.

*Lünig* P. spec. Cont. IV. Th. II. p. 35.

Otto, Herbipolensis Episcopus, hospitalis Theutonicorum domui transmarinae in Jerusalem donat domum trans Moganum, apud monasterium Scotorum, quae aliquando Curia Regia vocabatur. Testes: Otto majoris et Novi Monasterii Praepositus, Theodericus Sancti Johannis in Houge Praepositus. Heinricus Marscalcus de Lura, Heinricus de Teleheim. Wolpertus Dorso, Sculteti. Berengerus frater Heinrici de Tele-

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | | heim. Marquardus Weiro, Camerarius, Heinricus Magister coquinae de Rotenburg, Henricus nepos suus, Heinricus Pincerna, Albertus Magister coquinae, Hermannus Notarius, Canonicus Onoldespacensis. Acta Ind. VII. XVI. Kal. Decembris (16. Novembr.) Episcopatus Ottonis anno XIII. |
| 1219. | Fridericus, Rex Romanorum et Sycilliae, omne jus, quod Episcopus in civitate Ratispona ab Imperio habere consueverat, honestasque illas consuetudines, quas cives civitatis ad Imperium eventu qualicunque retorserunt, Conrado Episcopo restituit. Testes: Otto, Dux Meraniae, Eberhard de Spazzelberch. VII. Kal. Decembris (25 Novembr.) Ind. VIII. anno regni in Germania VII. Sycil. XXII. vid. *Ried* I. c. num. 340. | | |
| 1219. | Idem Ludovico Duci omne genus metalli in terris patrimonii vel feudi sui concedit in feudum. Acta Ind. VIII. Anno Regni VII. Siciliae XXII. Datum apud Nurembere VI. Kal. Decembris (26. Novembr.) vid. *Aettenkh.* 159. | | |
| 1219. | Honorius Papa III. Abbates de Windeberch et Altaha in controversia quadam super domibus ab Alberto presbytero de Buchkirich monasterio Altahensi (Niederaltaich) oblatis, judices delegat. Datum Viterbii V. Kal. Decembris, (27. Novembr.) Pontif. anno IV. | | |
| 1219. | Fridericus Romanorum Rex ecclesiae Staingadensi confert praedium Heinrici de Ebenhoven in Chinderiet. Dat. apud Augustam IV. Kal. Januarii (29. Decembr.) MCCXX. (nostra computatione 1219.) | | |
| 1219. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Abbas monasterii ad Sanctum Stephanum, viduae M . . . bonae memoriae Selzheimere, tribuit facultatem, tria jugera vinearum in Rotenberc (agri Wirceburgensis) ad mensam hujus ecclesiae pertinentia, alii cuidam tradere censu annuo excolenda. Acta Ind. VII. Boppone urbis praefecto. |
| 1219. | . . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus de Rotenvelse Praeposito monalium in Holze jus advocatiae super bonis hujus monasterii in Iphehoven (Iphoven) erga annuum canonem remittit. Acta Ind. VII. |

 

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1219. | Otto, Frisingensis Episcopus, in capella Monasterii Scheftlariensis, in loco Wahlberspere, sacramenta necessitatis fieri permittit. Act. Frisingae. (M.B. VII, 325) | | |
| 1219. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Wirceburgensis ecclesiae major Praepositus, A. Decanus, Engelhardum Diaconum et posteriores suos investit de manso praedii in Bleifeld (Bleichfeld, praef. Wirceburgensis.) a Sigemundo Lurien pro personis sanguinis sui sanctis martiribus Kiliano, Colonato et Totnano oblato. Acta Peppone urbis praefecto. |
| 1219 | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Magister coquinae Imperialis, et Guda conjux sua, cives herbipolenses, Abbati in Halsprunnen conferunt sex jugera vinearum apud Randisakker supra Trenda sita, et numatim quadraginta marcas exigenti de majori curia sua. Testes: Albanus Pincerna, Heroldus frater coquinarius. Acta in curia majore Herbipoli. |
| 1219. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus de Salchah ecclesiae in Rebedorf tradit molendinum prope Gerhoresdorf (Gersdorf, praef. Greding) reservato sibi usufructu ex praedio ecclesiae Rebedorf in Innerenburch. Acta primum in Rebdorfensi ecclesia, postea confirmata in domo ipsius Heinrici coram uxore et liberis. |
| 1219. | Udalricus Pataviensis Episcopus monasterio Sancti Nicolai cedit parrochialem ecclesiam in Widenspach pro talento XII. aureorum denariorum, vel sex librarum Pataviensis monetae. Acta Pataviae Ind. VIII, III Non. (3.) Februarii, per manum Chunradi Notarii. Testes Ministeriales ecclesiae Pataviensis: Hademar Pincerna de Wesen, Heinricus de Ahaim, Camerarius. Otto de Haichinpach, Marschalkus. Walter de Tannenberch, Dapifer. vid. Hund l. c. II. 449. | | |
| 1219. | Idem dictum Sancti Nicolai monasterium confirmat. Acta Pataviae Ind. VIII. VIII. Id. (6.) Februarii. Pataviensis Pontif. anno V. Datum Pataviae per manum Conradi Notarii. (M. B. IV. 328.) | | |
| 1219. | H... Eistetensis Episcopus, C... abbati Caesariensi concedit jus patronatus ecclesiae de Egiwil. Act. VIII. Kal. Martii (22. Februar). | | |
| 1219. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Rex praedium in Sualach fratribus in Ebera, a Friderico Duce de Rotenburg, consanguineo suo, donatum confirmat. Dat. apud Norenberg IV. Kal. Martii (26. Februar) anno Regni I. (IX.) |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
| --- | --- | --- |
| 1220. | Ulrico, Pataviensi Episcopo confirmante, Lodewicus Abbas de Alderspach commutat bona in Pillungesperge et in Wisendorf, cum curia Waltingen et molendino sito ibidem, Actum Patavine VIII. Id. (8.) Martii. Ind. VIII. Pontif. anno. IV. | |
| 1220. | . . . . . . . . . . | Honorius Papa III. ecclesiam de Wettenhusen protegendam suscipit eidemque ecclesiam de Eberspach confirmat. Datum Viterbii VII. Idus (9.) Mart. Pontific. anno IV. |
| 1220. | Albertus, Comes de Bogen, ecclesiae in superiori Altaha, confert tertiam partem fori sui, quod Bogen dicitur, Actum et datum in Naterbere Ind. VII. (VIII.) octavo Aprilis, (8. April.) (M. B. XII. 112.) | |
| 1220. | Fridericus II. Romanorum et Siciliae Rex per auream bullam per omnes Bawariae civitates interdicit, ne postea apud Nurenberch moneta fiat, quae contineat imaginem similem imagini monetae Ratisponensis. Datum apud Franchfort VI. Kal. Maii, (26. April.) Ind. IX. (VIII.) vid. *Ried* l. c. num. 241. | |
| 1220. | . . . . . . . . . . | Fridericus Romanorum et Siciliae Rex Augustensi capitulo habendas dimittit advocatias de Altingen, a Rege Philippo iam concessas. Datum apud Haganove. XV. Kal. Jun. (18. Maii) Ind. VIII. |
| 1220. | Honorius Papa III. Sancti Georgii Praeposito et II. . Archidiacono et custodi Augustensi committit litem decidendam inter monasterium Wessobrunnense et militem de Dilling. Dat. Viterbii X. Kal. Junii (23. Maii). Pontif. anno IV. | |



## Franconica.

Testes: Cunradus, Cancellarius Imperatoris. Reimarus Provisor de Nurnberc. Officiatus de Perngus. Officiatus Cunrad de Gredingen.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1220. | . . . . . . . . . | Sifridus, Augustensis Episcopus, monasterio Ottenburano incorporat ecclesiam parochialem ad Sanctum Petrum. Facta anno Regis Friderici VIII. Dat. Augustae III. Kal. Junii. (30. Maii.) |
| 1220. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . |
| 1220. | . . . . . . . . . | Idem omnia ecclesiae suae jura et consuetudines bonas confirmat, itidemque quinque ecclesias in usus praebendales perpetuo habendas, Erringen videlicet, Annenhusen, Attiburen, Holzheim et Lebezingen. Acta VIII. Idus (6.) Jun. |
| 1220. | Idem Conventum de Raitenburg in protectionem suam suscipit et ecclesias in Grepfelringen, Urbach, Mulhusen, Unfrehtshusen et S. Laurentii in Schongen confirmat. Dat. apud Urbem Veterem VIII. Id. (8.) Jul. Pontif. anno IV. (M. B. VIII. 20.) | Honorius Papa III monasterio Ottenburano confirmat jus patronatus in Ottenbeuren, Böhen, et Sontheim. Dat. apud Urbem Veterem VIII. Id. (8.) Julii, Pontif. anno IV. |
| 1220. | . . . . . . . . . | Idem praefato monasterio confirmat incorporationem parochiae ad Sanctum Petrum. Dat. apud Urbem Veterem XVI. Kal. Augusti (17. Julii.) Pontif. anno IV. |
| 1220. | . . . . . . . . . | Idem Augustensi Capitulo confirmat donationem ecclesiarum parochialium de Attenhusen, Annenhusen et Holzheim, per Eberhardum Salzburgensem Archiepiscopum et Augustanum olim Praepositum, cum consensu Vdescalci Episcopi factam. Datum ibidem et eodem. |



# Franconica.

Coram Ottone, Herbipolensi Episcopo, Krafto de Nuwenburg Comiti Ruperto de Kastele obligat castrum suum et bona in Ehengouwe, pro CL. marcis et XIX. libris. Dat. sub Imperatore Friderico, Episcopatus Ottonis anno XIII. III. Non. (3.) Junii. Testes: Ludewicus, Dux Bavariae, Albertus Magister coquinae

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1220. | . . . . . . . . . | Idem Augustense Capitulum in protectionem suam suscipit, cum ecclesiis de Attehusen, Annehusen, Holzhaimen et Lebzingen, a beatae memoriae H . . . Hildebrando,) Augustensi Praeposito pia liberalitate concessis. Datum apud Urbem Veterem XII. Kal. Augusti (20 Jul.) Pontificatus anno IV. | |
| 1220. | Coram Friderico Romanorum Rege Heinricus de Sibenaich in favorem ecclesiae Steingadensis renunciat omni juri et actioni in advocatiam villae Sibenaich. Data apud Augustam Kal. (1.) Augusti, Ind. VIII. (M. B. VI. 510.) | | |
| 1220. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus II, Romanorum Rex Ekeberto Babenbergensi et Ottoni Herbipolensi Episcopis concedit facultatem transigendi de mutuis hominum suorum matrimoniis. Testes: Sifridus Augustensis Episcopus, Ludewicus Dux Bawariae, Palatinus Comes Reni. Otto Dux Meranie, Palatinus Comes Burgundiae. Heinricus Comes de Ortenburch. Ludewicus Comes de Otingen, Fridericus de Truhendingen. Heinricus Magister coquinae de Rotenburch, Data apud Augustam VII. Id. (7.) Augusti, Ind. VIII. vid. *Stumpf's* historisches Archiv für Franken II, Heft. p. 23. |
| 1220. | Fridericus, Romanorum Rex, ecclesiam Steingadensem in protectionem suam recipit. Act. Ind. VII. (VIII.) Regni anno VIII. (IX.) Dat. apud Augustam XVI. Kal. Septembris (17. August.) M. B. VI. 512.) | | |
| 1220. | . . . . . . . . . | Heinricus, Dux Sueviae et in Regem Romanorum Electus, Augustensi Capitulo confirmat utriusque villae Aitingen advocatias, ex Philippi Regis dono et Friderici patris auctoritate dimissas. Datum Ulme Kal. (1.) Septembr. Ind. VIII. | |
| 1220. | Ludovicus, Dux Bavariae, Pataviensi Episcopo resignat Comitiam in Ilsgew cum terminis ab Ilsa | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1220. | ad inferiorem usque Michelampruensis, pro quingentis marcis argenti, Actum Bozani Non. (2.) Septemb. Ind. IV. (VIII.) | | |
| 1220. | Honorii Papae III, facultas Episcopo Ratisponensi concessa, incendiariis absolutionem impertiendi. Data apud Urbem Veterem Pontif. anno V. VI. Kal. Octobris (26. Septembr.)<br>vid. *Ried* l. c. num. 342. | | |
| 1220. | Heinricus de Herbhoven, ecclesiae Ratisponensis ministerialis, ecclesiae in Parsin vendit curias Weyschenh, Harde, et Preunen. Testis: Comes Meinhardus de Botenecke. Acta Ind. IX. Kal. (1.) Novembris. Datum Ratisponae per manus Eberhardi, Notarii Episcopi, pridie Non. (4.) Novembris. | | |
| 1220. | Symon, Abbas Sancti Petri Salisburgi, ad petitionem Eberhardi Salisburgensis Archiepiscopi, pro parte pretii praediorum Chunrado Ratisponensi Episcopo solvendi, et ad C. C. marcas puri argenti computati, fidejussorem se praestat. Acta Ind. IX. Dat. apud Zurh XIV. Kal. Decembris (18 Novembr.)<br>vid. *Ried* l. c. 344. | | |
| 1220. | Incorporatio parochiae Amphingen ecclesiae Augiensi facta per Eberhardum Archiepiscopum Salisburgensem. Acta Ind. VIII. Datum apud Garze XII. Kal. Decembris (20. Novembr.) Pontif. anno XX.<br>(M. B. I. 224.) | | |
| 1220. | Hainardi de Oatingen (Eating) reversales super locatis sibi a capitulo Ratisponensi tribus curiis et molendino uno apud Wisendorf (Weisendorf praef. Riedenburg). Sigillantibus Duce Bavariae, et Comite de Abensberg, in cujus comitatu ipsa bona sunt sita. Acta Ind. VIII. Chunradi Episcopi Pontif. anno XVII.<br>vid. *Ried* l. c. num. 345. | . . . . . . . | Coram Ekkeberto, Babenbergensi Episcopo, Heinricus et Herdecnus fratres de Wisentowe monasterio Sancti Michaelis Babenbergae delegant curtim in Gustat (Gustatt praef. Bamberg) a Marquardo Slicbario prius refutatam. Act. Ind. VIII. Pontif. anno XVIII. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1220. | Geroldus, Frisingensis Episcopus, cum consensu Chunradi, Advocati in Humbeln, ecclesiam ibidem confert ecclesiae Sancti Andreae. Testes, de ministerialibus: Chunradus de Humbeln Güntherus Marscalcus, Engilmarus de Otenburch. Sigehardus Dapifer. Ulricus de Wächering. Heinricus Judex. Fridericus Magister foresti. Acta Ind. VII. (VIII.) | . . . . . . . |
| 1220. | Magistri Marquardi Plebani de Affingen, qui conterminam ecclesiam Gebenhouen Augustensis dioecesis cum capella de Ongeltingen, ex patronatu ecclesiae Sancti Andreae possedit, confessio, quod praesentatus prius a Palatino de Wittlinspach ad ecclesiam Affingen, coram Conrado Sancti Andreae praeposito de Wiehershoven, nunc jam ab eodem ecclesiam Gebenhoven obtinuerit. | Hartmannus, Comes de Dilingin, Caesariensi coenobio confert curtem et molendinum in villa Steine. Act. in Castro Dilingin. |
| 1220. | Conradus Comes de Plain ad petitionem Herrandi de Wildonia et Chunradi Plebani de Szyven (Stiren in Styriae marchia vel Seon?) ecclesiae ibidem tradit praedium apud Sanctum Georium, cum quinque mansis. Data apud Perhtesgaden. vid. v. *Koch* II. 42. | |
| 1220. | Ulricus, Pataviensis Episcopus, navibus fratrum de Raitenhasela liberum transitum Patavise concedit. (M. B. VI. 365.) | |
| 1220. circiter. | Chunradus de Puphartsperge conventui de Raitenhasla resignat praedium in Guiche. | |
| 1220. circiter. | Lodewicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, coenobium Sancti Zenonis apud Halle in protectionem suam recipit. (M. B. III. 560.) | |
| 1220. circiter. | Chunradus Ratisponensis Episcopus et Bertholdus Sancti Emmerami Abbas, Ottoni, militi de Cheveringe, quamdam aream pertinentem ad ecclesiam Sancti Emmerami assignant pro duabus areis juxta domum Hospitalis infirmorum, quae ab ecclesia Sancti Magni processerunt in feodo. | |



## Franconica.

Otto, Herbipolensis Episcopus, sacerdotem quemlibet de Choro Sancti Chiliani, ex statuto Godefridi Episcopi de anno MCLXXXVIII. ad portandas reliquias deputatum, pro bonis assignatis in Lullingesbrunn (Lüllsfeld, praef. Geroltshofen) et Triphenvelt, (Trennfeld, praef. Homburg) per Episcopum oppignoratis, indemnem praestat. Testes: Iringus Decanus. Acta Ind. VII. (VIII.) Boppone de Hennenberc Burcgravio Wirceburc existente.

Vidua domini Sbodonis de Lanchaim Heroldo, Swarzahensi Abbati, offert dimidium agrum vineti ejusque decimam.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1220. circiter. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, quartam partem aquae in Grunispret et in Uberrech Chiemensi ecclesiae adjudicat. | | |
| 1220. circiter. | Ejusdem donationes variae Chiemensi coenobio factae. (M. B. II. 397. sed nominibus testium plane corruptis.) | | |
| 1220. circiter. | Chuno, Comes de Megling, partem decimae de duabus curiis praedii sui in Süezzenpach (praef. Griesbach?) assignat pauperibus apud Sanctum Egidium in Patavia. | | |
| 1220. circiter. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Joannes, tituli Sancti Stephani Cardinalis et apostolicae sedis per Germaniam Legatus, monasterio Sancti Stephani recturam in posterum parochiam Hochheim (Veitshöchheim) incorporat. |
| 1220. circiter. | Coram Popone Altahensi Abbate Altmannus miles in Helingesperg restituit monasterio Altahae (Niederaltaich) praedium et curiam in Ederningen, a milite Leopoldo legatum. | | |
| 1220. circiter. | Johanes, Abbas de Windeberge, Popponi Abbati Altahensis monasterii (Niederaltaich) vendit bona in Ellengeringe, Weltingen, Velratingen, Eusingen, et Lenzingen. Testes: Leopold et Berchtold de Steinberg, Windebergensis ecclesiae Advocati. | | |
| 1220. circiter. | Pragensis Episcopus et Praepositus, a Pontifice judices delegati, Geroldo Episcopo Frisingensi injungunt, ne Conradum Comitem de Wazzerburch, complicesque ejus et ecclesiae invasores, ad divina officia admittat. | | |
| 1220. circiter. | Alberti Comitis in Tierol litterae de divisione prolis cujusdam, inter pueros Sopanus et monasterium Burense. | | |
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ottonis, Herbipolensis Episcopi consensu, Arnoldus in Onolderbach Praepositus fratribus ibidem tradit pratum juxta molendinum versus ortum in civitate situm. Dat. XI. Kal. Februarii (22. Jan.). Episcopatus anno XIV. |

P 2

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem confirmat venditionem duorum mansorum in Egelolfeswinden, (Eglofswinden) a Sifrido Praeposito de Egera, Onoldispacensi ecclesiae factam. Eodem. |
| 1221. | Honorius Papa III. Abbatem de Walldiebach, de Howe et de Gars Praepositos, in causa Episcopi Ratisponensis contra nobilem Comitem H. de Ortenberc, bona ecclesiae suae diripientem, commissarios delegat. Data Laterani III. Non. (3.) Februarii Pontif. anno V. vid. *Ried* l. c. num. 347. | | |
| 1221. | Idem Episcopum Eistetensem et Abbates de Waltsachsen et Halsbrunne, in causa Episcopi Ratisponensis contra Archiepiscopum Salisburgensem, ob non solutum pretium venditarum possessionum hereditariorum, executores constituit. Pontif. anno V. XII. Kal. Martii. (18. Februarii.) vid. *Ried* l. c. num. 348. | | |
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Otto Herbipolensis Episcopus parochiam in Waltorf ab advocatorum angariis oppressam deliberat. Testes: Hermannus Sancti Stephani in Babenberch Praepositus, Heinricus Pincerna. Acta III. Kal. Martii (27. Februar.) Episcopatus Ottonis anno XIV. |
| 1221. | Albertus, Comes Tyrolensis, Episcopo Brixinensi pollicetur, sese destructurum esse castra sua Lembe et Raspinstein, in damnum ecclesiae Brixinensis et publicae stratae noviter aedificata. Act. apud Augustam V. Non. (3.) Martii. Testes: Comites Ernestus, Bertholdus, et Albertus de Nillen, et Conrad Pincerna de Winterstetten. | | |
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Honorius Papa III. monasterium Halsbrunnense Archiepiscopo Moguntino ejusque suffraganeis protegendum commendat. Dat. Laterani XIV. Kal. Aprilis (19. Mart.) Pontif. anno V. |
| 1221. | Honorius Papa III. Episcopo Ratisponensi confirmat redditus, ex ecclesiis de Munster et de Pilsting juste acquisitos. Datum Laterani XIII. Kal. Aprilis, (20. Mart.) Pontif. anno V. vid. *Ried* l. c. num. 349. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1221. | Mettensis et Spirensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius et totius Italiae Legatus, transactionem inter Campidani Abbatem et Praepositum de Reidenbuch, super jure patronatus in Amergowe, (Amergau, praef. Schongau) Abbati pro accepta quadam pecuniae summa resignato, confirmat. Dat. apud Esselingen Ind. IX. VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.) | | |
| 1221. | Notitia de obligatione omnium hominum utriusque sexus intra Parochiam Staffelse, qui ad annos discretionis (quindecimum completum) pervenere, singulis videlicet annis in festo Michaelis ad altare ejusdem unum denarium, in testimonium libertatis, deferendi; si qui mulierem alterius domini traduxerint, post mortem duas partes bonorum ecclesiae transmittendi, et pro testandi facultate Plebano mortuarium relinquendi. Datum Staffelse VIII Id. (6.) Aprilis. | | |
| 1221. | Honorius Papa III. capitulo Sancti Andreae ecclesiam in Humbeln confirmat. Datum Laterani VII. Kal. Maii, (25. April) Pontif. anno V. | | |
| 1221. | Idem monasterii Indersdorfensis possessiones, ac nominatim ecclesiam de Glanardorf, ab Episcopo Frisingensi collatam, confirmat. Datum Laterani V. Kal. Maii, (27. April.) Pontif. anno V. | | |
| 1221. | . . . . . . . . . | Sifrido, Augustensi Episcopo praesidente, soror sua Alheidis, Praefectissa conventui in Raisheim donat omnia bona sua in villa Cimbern. Acta V. Kal. Maii (27. April.) in civitate Augustensi ante capitulum dominorum. Testis: Sifridus Dapifer, de Dornsberg. | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1221. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Henrico Abbati monasterii Sanctae Mariae in Cella bona confirmat in Moos; Waldbrunn nempe, Albstat, et Haselbrun. Datum Laterani per manum Wilhelmi Sanctae Romanae ecclesiae Vicecancellarii. IV. Non. (4.) Maii, Ind. IV. Pontif. anno V. vid. *Expositio de ortu et progressu Cellae dei superioris. P. I. pag. 37.* |
| 1221. | . . . . . . . . . | Honorius Papa III. monasterii Sancti Udalrici in Augusta bona confirmat. Dat. Laterani XVI. Kal. Junii, (17. Maii) Pontif. anno V. (M. B. XXII. 205.) | |
| 1221. | Idem monasterio Pruvigensi confirmat possessionem curtis de Oberndorf. Datum Laterani X. Kal. Jun. (23. Mai.) Pontif. anno V. (M. B. XIII. 195.) | | |
| 1221. | Chunradi, Ratisponensis Episcopi laudum, ex quo Frisingense monasterium Hein. Gozw et Carolo, fratribus de Egelolfesheim, pro domu et area Ratisponae apud portalam constructa, et a Mathfrido quodam, mancipio eorum, coenobio donata, XII. libras denariorum persolvere debeat. Testes: Wernhardus et Wernhardus fratres de Armannesberge; Chunradus de Wilhs. Acta Ind. IX. Data Ratisponae III. Id. (11.) Junii. | | |
| 1221. | Gebhardus, Pataviensis Episcopus, ecclesiae Sanctae Mariae in Patavia confert praedia in Ninlingen, Haerilinsperge et Gumbaldesperge jure oblaiorum, reservata tamen sibi comitia et advocatia. Act. Patavine in monasterio Sanctae Mariae V. Kal. Augusti (28. Julii). Dat. per manum Chunradi Notarii Ind. XI. (IX.) Pontif. anno I. | | |
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinrici Abbatis Ahusani litterae de jure advocatiae Gotfrido de Heidecke nunc competente, super praedia in Tumbrunnen (Dambrunn, praef. Beilengries) per Bertholdum quondam de Tumbrunnen ecclesiae Ahusanae dicata. Actum Kal. (1.) Augusti. |
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus de Salbach Ottoni Herbipolensi Episcopo jure feodali offert proprietates suas in Statpach et in Turtal. Testes: Marscalcus de Lure. Henricus de Telheim Scultetus, Albunus Pincerna. Acta IV. Id. (10.) Novembris. Episcopatus Ottonis anno XIV. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1221. | Fridericus II. Imperator et Rex Siciliae omnibus Aulae Ministerialibus licentiam testandi in favorem ecclesiae Wezzisbrunnensis indulget. Testis: Ludovicus Comes Palatinus Dux Bavariae. Dat. in Castris prope montem Bazulum juxta Sutrium. Ind. IX. VII. Kal. Decembris (25. Novembr.) Anno Imperii I. (II.) (M. B. VII. 391.) | | |
| 1221. | Alhaidis de Runting donationem ecclesiae suae in Brizanhkirchen tempore Wolframi, superioris Altahae Abbatis, et Alberti Comitis Advocati olim factam, praefato coenobio, praesidente Konrado Abbate et Alberto Comite, praenominati Alberti filio unico superstite, renovat. Acta in Bogen Ind. IX. (M. B. XII. 119.) | | |
| 1221. | Ekkeberti, Babenbergensis Episcopi, auctoritate Leuppoldus Prager, civis Ratisponensis, vineas in Honchthal et duas curias in Sinzingen sub lege vitalitii comparatas, expleto usus tempore coenobio Pruvinensi resignat. Acta Ind. IX. Datum Ratispone Chounradoe III. Pontif. anno XVII. sub abbate Pruvinensi Hartmanno. (M. B. XIII. 199.) | | |
| 1221. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Ekberto, Babenbergensi Episcopo confirmante, Heinricus de Sletine ministerialis offert Hartmudo Sancti Michaelis Abbati, advocatiam villae Reinoldesdorf (Rattelsdorf, praef. Seslach) a Ruperto Comite de Kastil hactenus jure feudali obtentam; praedium quoque Nousece (Neuses, praef. Lichtenfels); advocatiam superioris Brunnen (Oberbrunn) et mansum ibidem, advocatiam quoque alterius Brunnen, (Unterbrunn, praef. Seslach) et Leiterbach et mansum Diethmari in Wazzerlose (Wasserlos, praef. Schesslitz.) Act. Ind. IX. Pontif. anno XIX. |
| 1221. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram eodem Heinricus de Sletine de castro Helfenrode (Helfenroth praef. Baunach) cum curte Stadtendorf et advocatia in Slegenmaresdorf (Schlemmersdorf), Hartmudo Abbati de monte S. Michaelis pro L. libris resignatis, et sibi iterum non in feudum sed in commendam traditis, juramenti fidem praestat. Act. Ind IX. |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Ekeberto, Babenbergensi Episcopo confirmante, Eberhardus de Rasulstorf, ecclesiae Sancti Michaelis de monte Babenbergae frater, de Karrada vini ab Hermanno de Barestein redemta, anniversarium suum ordinat. Acta Ind. IX. |
| 1221. | Eberhardus, Abbas Waldsassensis, Domino Ulrico de Richolfsgrune confert in feodo desertam Purzurathe. Fact. Ind. VIII. (IX) anno humilis Regiminis. I. | | |
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Hedewigis Scultetissa de Recebach Novi Monasterii Custodiae ex curia sua censum et post mortem suam das Besthobet assignat. Testes: Willehelmus Decanus. Herwicus tunc Vicedecanus, Heinricus Scultetus de Telheim, Berengerus frater suus, Heinricus filius Billungi de Ifeivelt, milites. |
| 1221. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Otto, Comes de Bodenlouben, domino F . . . majoris ecclesiae Herbipolensis cantori, mutuas dat XL. marcas argenti pro usu vineti in Schalbero vel in Novo Monte. |
| 1221. | Capitulum Ratisponense dominum Echebertum, dapiferum de Echenmuel, ob injustas exactiones et angarias in bona ecclesiae suae, quorum advocatus erat, excommunicatum enndat et servitia in posterum ei debita, stricte definit. (Sigillum Eckperti dapiferi de Heilispere.) vid. *Ried.* l. c. num. 332. | | |
| 1221. | Albertus, Dei gratia dictus de Pogen, fratribus Sancti Nicolai immunitatem a teloneo in districtu suo concedit. Dat. apud Strauhing. Testes: Heinricus de Ortenberg. Rapoto, Comes Palatinus. (M. B. IV. 330.) | | |
| 1221. | Geroldus, Frisingensis Episcopus, coenobio in Pihasting confert ecclesiam in Tuntenhusen. Acta Frisingae Pontif. anno II. (M. B. V. 461.) | | |
| 1221. circiter. | . . . . . . . . . . | Eberhardus de Walpurc, Imperialis Aulae dapifer, ad petitionem Conradi, Caesariensis Abbatis, ratam habet donationem illam, quam socrus sua, Adelhaidis, Augustensis Praefectissa, ex bonis suis in villa Zimbern per manum domini | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | sui, Friderici Imperatoris, Caesariensi coenobio contulit. Testes R . . . de Walpurc, Bertholdus de Muolberum. | |
| 1221. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ekeberto, Babenbergensi Episcopo, Conradus de Walde juri suo in nemore abrenunciat, reservans hominibus suis de VI. hubis, ut necessaria igni et aedificiis ex eodem silva accipiant. |
| 1221. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Pupo, majoris Ecclesiae in Babenberg Praepositus, fratres de Ebera ab omni jure decimarum in Wolvisbach (Wolfsbach) et Ruczinstorf (Rötsch, praef. Burgebrach) immunes declarat. |
| 1222. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Monasterium Scotorum ad Sanctum Jacobum a Juniore de Bleichveld in censum recipit tria jugera vinearum sita in Ruberg prope inferius Dürrbach. Testes: Judaei: Natan de Rotenvelse, Michel filius Kalemanni, Biscof, Simon. Acta mense Martii. |
| 1222. | Fridericus Imperator II., Rex Siciliae, ecclesiam in Raitenbuch in protectionem suam recipit. Datum apud Venafram V. Kal. Maii, (27. April.) anno Imperii II. Ind. X. (M. B. VIII. 21.) | Fridericus II. Romanorum Imperator et Siciliae Rex, Dietonem monasterii Faucensis Abbatem in protectionem suam suscipit. Dat. Venafrae V. Kal. Maii (27. April.) Ind. X. anno Imperii II. | |
| 1222. | Honorius Papa III. capitulo Augustensi mandat ut monasterium Wenzebrunense boves, pecudes, et alias res a fratribus de Froneboven abactas, per censuram recuperare adjuvet. Datum Alatri VII. Id. (9.) Maii, Pontif. anno VI | | |
| 1222. | Geldhardus, Pataviensis Episcopus, fratribus de Raitenhaslach liberum transitum Pataviae indulget. Dat. Pataviae VIII. Kal. Iunii, (25. Maii) Pontif. anno I. | . . . . . . . | Ludovicus, Comes de Rieneke Cunrado militi de Bessinbach, Vicedomino Aschaffenburgensi, confert advocatiam suam in villa Aschaffe (prope Aschaffenburgum). Datum apud Bischoffesheim in die beati Urbani (25. Maii.) |
| 1222. | Heinricus, Romanorum Rex, monasterium in Steingaden, in quo sepultus est avunculus quondam suus Dux Welfo, in omnibus bonis vult esse munitum. Datum prope Frankenvurt IV. Kal. Iunii (29. Maii.) | Heinricus Romanorum Rex Rapotoni majoris ecclesiae in Augusta Praeposito totique capitulo utriusque villae Altingen advocaciam corroborat. Datum IV. Kal. Jun. (29 Mai.) Ind. IX. (X.) | |
| 1222. | . . . . . . . . . | Idem Faucensem eundem Dietonem similiter protegendum suscipit. Dat. apud | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | Ulmam IX. Kal. Julii, (23. Junii) Ind. X. anno Regni I. | |
| 1222. | Gebehardus, Pataviensis Episcopus, civitati Efferdingensi confirmat immunitatem a muta Pataviensi et urbis jurisdictionem quandam in adrenas, reservans jus de navibus quoddam, (Hechenrecht nominatum) advocatiam curiae in Aha usque ad Tratwerde et judicium supremum. Dat. apud Pataviam II. Id. (14.) Iulii, Ind. II. (X.) Pontif. anno I. (Suspecta.) | | |
| 1222. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Plebanus in Brunat ecclesiae beati Gumberti in Onoldesbach offert censum ex area sua ibidem. Dat XVII. Kal. Augusti (16. Jul). Testis: Otto Decanus. |
| 1222. | Honorius Papa III. Comitem R. de Ortenberc advocatia sua in ecclesiam Pataviensem abutentem, per censuras ad officium compellit. Dat. Laterani VIII. Kal. Decembris (25. Nov.) Pontif. anno VII. | | |
| 1222. | Mechtildis, Superioris Monasterii Abbatissa, in signum debitae dilectionis erga Ludewicum illustrem Ducem Bawariae et filium ejus, Ottonem, sub quorum advocationis dominio non modica bonorum ecclesiae suae habetur portio, duabus ministerialibus, Heilwigae, quam duxerat Heinricus Praepositus ecclesiae, et Perthae, filiae domini L. Ducis, quam ducturus est Chunradus de Sala, beneficia maritorum suorum concedit. Testes: Gebehardus et frater ejus, Diepoldus, Landgravii de Liukenberge, Liutoldus Pincerna Ducis et filius ejus Ulricus. Actum Ind. X. | | |
| 1222. | Pactum inter Ludovicum, Palatinum Comitem Rheni, Ducem Bavariae, et monasterium Tegernseense de liberis ministerialium suorum aequaliter dividendis. Act. in Monaco Ind. X. (M. B. VI. 205.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1222. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ottone, Duce Meraniae, Palatino Burgundiae Comite, Heinricus de Lewinsteine monasterio in Langheim resignat bona in Winthegen (Windheim), Steinbach, Keltebuch (Kehlbach), Buchbach, Hersfelden (Hirschfeld, omnes praef. Teuschnitz) et Ebersbach, (praef. Kulmbach). Act. Ind. X. |
| 1222. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Eberhardus (de Ratolsdorf) monasterii Sancti Michaelis monachus, monasterio beatae Mariae in monte Bambergae donat praedium in Newses (Neuses, praef. Lichtenfels) Act. Ind. X. |
| 1222. | Dominus Gotfridus de Falkenberg conventui in Waldsassen vendit villam Plissene, Fact. Ind. XI. | | |
| 1222. | Otto Comes de Valley ecclesiae in Tegernse legat Gertrudim, filiam Heinrici de Hohenrain. (M. B. VI. 219.) | | |
| 1222. | Albertus Comes de Bogen de praediis Rapotonis et Heinrici Comitum de Ortenberch, Hadmari et Rapotonis fratrum de Abusen, fratrumque Alrammi et Alberti de Halse, Pipponi Altahensi Abbati (Niederaltaich) pro damnorum satisfactione cessis, advocatiae jura remittit. Actum apud Pladling. (M. B. XI. 190.) | | |
| 1222. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Manigoldus miles de Kennecheim et uxor sua Gertrudis, filia Kalhohi de Heitingisvelt, Novi Monasterii in Wirceburc capitulo in censum offerunt quasdam proprietates in Brunnenthal. |
| 1222. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Arno miles de Hochheim in manus Gerungi de Enbersberge, majoris ecclesiae Vicedecani, resignat curiam, quae vocatur Arnonis de Hochheim. Testis: Otto Orfanus, Scultetus. |
| 1222. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Volmandus Sancto Georgio Babenbergae proprios suos tradit homines. |
| 1222. circiter. | Gebehardus, Pataviensis Episcopus, monasterii de Raitenhaslach Abbati indulget, ut singulis annis unam navem salis Pataviae praeter mutam deducat. | | |
| 1223. | Heinricus, Marchio Ystriae, ecclesiae Sanctae Mariae in Diessen confert VI. mansos in villa Zlap, juxta Wippach. Act. apud Rifenstein in conversione beati Pauli (25. Januar.) Anno Millesimo ducentesimo tertio. (1223?) Ind. X. (XI.) (M. B. VIII. 179.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1223. | Fridericus II. Imperator monasterium de Waldsassen sub imperii protectione suscipit. Dat. Capuae Kal. (1.) Februarii Ind. XI. | | |
| 1223. | . . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Otto Wirceburgensis Episcopus Berwardo, Nuwenstedensi Abbati, pro bonis monasterii sui in Umerstat praeter jus patronatus in Helpure, sibi collatis, in restaurum tradit quaedam bona in Himilstat. Testes: Boppo Burggravius, Rupertus Comes de Castele, Heinricus Marscalcus, Marquardus Orphanus, Camerarius, Adelhunus Pincerna. Acta Ind. XI. Kal. (1.) Februarii. |
| 1223. | Sivridus, Augustensis Episcopus, ecclesiam in Prillirchingen monasterio in Diessen incorporat. Acta XII. Kal. Aprilis (24. Mart.) (M. B. VIII. 171.) | | |
| 1223. | Wernheri Reichenbachensis et Gerungi Weltenburgensis Abbatum ordinatio de liberis hominum servorum connubiis. Acta in die inventionis Sanctae Crucis. (3. Maii). (M. B. XIII. 321.) | | |
| 1223. | Capitulum Augustense parochialem ecclesiam in Buirbach ad usum claustri de Bourre, suae dioecesis, resignat. Acta XIV. Kal. Junii (19. Maii) Ind. XI. | | |
| 1223. | Sivridus, Augustensis Episcopus, ecclesiam parochialem in Biurbach monasterio in Buris incorporat. Act. XIV. Kal. Junii (19. Maii.) Ind. XI. (M. B. VII. 116.) | | |
| 1223. | Honorius Papa III. Decanum Salisburgensem et M. H. . . Canonicum Osterhovensem, in causa clerici cujusdam, possessionem ecclesiae in Usterling reclamantis, commissarios constituit. Datum Laterani VIII. Kal. Junii (25. Maji) Pontif. anno VII. | | |
| 1223. | Idem Abbatem de Raitenhaslach et Magistrum Hainricum, Canonicum Osterhovensem, in causa monasterii Altahae (Niederaltaich) contra monasterium Sancti Floriani, patronatum parochiae Spizensis concernente, commissarios nominat. Datum ibidem et eodem. | | |
| 1223. | . . . . . . . . . . . | | Heinricus Romanorum Rex, fratribus in Ebera praedium in Swabach, a Friderico Duce de Rotenburc, consanguineo suo donatum, confirmat. Act. apud Northusam III. Id. (11.) Septembris Ind. XII. Testis: L. . . Dux Bavariae, Palatinus Comes Rheni. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1223. | Honorius Papa III, Abbatibus de Cremismunster, Sancto Nicolao et Sancto Floriano, committit, ut procedant in causa appellationis monasterii Pruviningensis contra Ducem Bavariae, montem quendam aliasque res monasterii coram Abbote de Walerbach, tamquam judice delegato, impetentem. Datum Anagniae II, Non. (6.) Octobris Pontif. anno VIII. (M. B. XIII.) | | |
| 1223. | . . . . . . . . . . | . . . . . . | Otto, Herbipolensis ecclesiae Episcopus, erga fratres de domo S. Mariae in Jerusalem, quae Theutonicorum dicitur, renunciat omni impetitioni in universas vinetas apud Babenspurch, a Botone de Baronsparch juniore praefatae domui collatas. Testes: Echebertus Babenbergensis Episcopus. Hermannus Werdensis Praepositus. Marquardus Notarius. Ludewicus Palatinus Comes Reni, et Dux Bavariae. Otto Dux Meraniae. Diepoldus Marchio de Hohenberg. Cunradus Pincerna de Clingenberg. Henricus Magister coquinae de Rotenberg. Acta VIII. Id. (8.) Octobris. Ind. XII. Pontif. Ottonis anno XVII. |
| 1223. | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, ecclesiae Diezensi pro anniversario suo celebrando delegat C. libras Bambergensis monetae. Acta XIII, Kal. Novembris (20. Octobr.) apud Steinbere. (M. B. VIII. 169.) | . . . . . . . | Otto, Meraniae Dux, duas patrimonii sui villas, videlicet Langenstat (praef. Kulmbach) super rufum Mogum, et Obern-Ywen, (Eyben, praef. Baireuth), ecclesiae Lanchaimensi, post emigrationem suam ab hac vita, destinat. Act. XIII, Kal. Novembris (20. Octobr.) apud Steinberc.<br>vid. v. *Schultes* hist. Schriften, p. 77. |
| 1223. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem conjugis suae Beatricis et filiarum suarum accedente consensu, ecclesiae Sancti Michaelis in Babenberg confert villas Houge, (Burghaig) et Echinbehtis Ruth, (Eberhardsreuth, praef. Kulmbach.) Acta eodem et ibidem.<br>vid. *Ussermann* l. c. pag. 146. |
| 1223. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem uxoris suae Beatricis consensu ecclesiae Sancti Theodori in Babenberg confert villas Stokehe (*Stockau*) et Lesen (Lessau, praef. Baireuth). Act. eodem et ibidem. |
| 1223. | Berengherus de Guncenthorf coenobio in Speinshart confert praedium in Lubin. Act. V, Kal. Novembris. (28. Oct.) | | |
| 1223. | Heinricus Rex in vicinia coenobii Sanctae Mariae in Waldsassen castrum aedificare interdicit. Act. IV, Id. (10.) Novembris Ind. XII. in Egra. Testes: Cunradus Cancellarius Regis, et Spirensis Episcopus. Echebertus, Episcopus Babenbergensis. Gebehardus Landgravius de Lukenberch, et frater ejus Theobaldus. Albertus Rindes- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | mule de Nurnberch. Albertus Nothhafſche, et filius ejus, Albertus, Albertus de Wonsedele, Heinricus de Rinsberch. Conradus de Valkenberch. Ulricus de Lewensteine, Cuno et Heinricus, fratres de Leuenstein. Arnoldus de Sparrenberch et frater ejus Rudegerus de Sparrenbeche. | | |
| 1223. | Sophia, Abbatissa in Gisenvelt, Hartmanno, Abbati in Priviningen, vendit duas areas in civitate Ratisponae apud portulam. Acta anno M. C. C. XXIV, jam inchoato, in die innocentium (28. Decembr. 1223.) | | |
| 1223. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Frater Berchardus, Procurator hospitalis Sancti Oswaldi in Sande, Berthae honestae matronae ejusque filiis confert aream quandam cum aedificiis in Hauge, prope forestam sitam. Testis: Gernodus Decanus. Acta Id. XIII, (XII.) Poppone urbis praefecto. |
| 1223. | Gebero, Praepositus in Steingaden, renunciat omni juri in praedio, quod Moosheim dicitur, ex donatione Hermanni quondam de Macensies aliquot annis possesso. Act. M. CC. XXIII. | | |
| 1223. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Arno de Hochheim, Novi Monasterii Canonicus Herbipoli, Conrado molendinario suo confert molendinum quoddam sibi attinens in Hochheim. |
| 1223. | . . . . . . . . . . | Bertholdus, Comes de Lechesgemunde, cujus progenitores Caesariensem ecclesiam fundaverint, cum consensu filii sui Heinrici, pro remedio uxoris suae, Adelhaidis, eidem Caesariensi ecclesiae confert curiam Noresende. Testes: Ludewicus, Comes de Otingin et frater ejus Conradus. Fridericus de Truhendingen et filius ejus Fridericus. Rupertus et Hertwicus, Liberi de Lierheim, Rudolfus de Raliatin, Ministerialis Comitis. | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1223. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1223. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1223. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1223. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1223. circiter. | Chunradus, majoris Ratisponensis ecclesiae Canonicus, Decanus in Kirchperch, Rapotoni Abbati in Prüel pro anniversario suo legat censum ex domo quadam inter Rurdenarios sita. (M. B. XV, 184.) | |
| 1223. circiter. | Heinricus, Comes de Ortenberc, Castrum Liueginberge (Leuchtenberg) a Landgravio Dieboldo pro CCXL. libris obligatum sibi et traditum esse protestatur. | |
| 1223. circiter | Arnoldus miles, dictus Strazzarius, fratribus in Caesarea delegat curtim in villa Rorebach. Cum Sigillo Domini sui Bertholdi, Comitis de Graifspach. | |
| 1223. circiter | . . . . . . . . . | H . . . de Callendin, fidelis regius, fratribus in Haisheim delegat praedium in Wezelsheim, praedium in Wechstein, per manum domini Gerhardi Comitis de Tullenstein susceptum, curiam quoque in Egewil, duas curias in Ubermutenhoves, et praedium aliud in Wezelsheim, nec non durante muri circa monasterium fabrica proventus pignoris in Volparstetet. |



## Franconica.

Heinricus, Abbas Sancti Stephani Herbipoli, cum Arnone de Hochheim annuum canonem e molendino in Hochheim et e duobus jugeribus vinearum in loco, qui dicitur Super curiam, paciscitur. Testis Thedericus Decanus majoris ecclesiae.

Gotefridus de Veteri Curia, civis Herbipolensis, majori ecclesiae in censum offert omnia vineta sua in Liinach (Leinach).

Heinricus, Sancti Stephani Abbas, ex laudo arbitrorum rusticis Hochheimensibus modum fossati demonstrat. Testis: Hermannus Sancti Stephani Praepositus, Adelhunus Pincerna, Albertus Dapifer.

Illiza, ex utrisque parentibus femina nobilis et libera, semet ipsam cum filia sua Irmingarda, tradit ad altare Sancti Gumberti in Onoldsbach. Testes: Otto Decanus, Elgerus Scolasticus, Fridericus Custos, Ulricus Cellerarius, cum IX. reliquis Canonicis Onoldinis.

vid. *Jung's Misc.* T. II. p. 119. *Falkenstein* l. c. p. 45. N. 26.

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1223. | . . . . . . . . . | Gerhardus Comes de Hirzberg collata praedia in Walstein confirmat. Testes: Bertoldus et Heinricus filius ejus de Griesbac. Fridericus de Truhendingen. | |
| 1223. circiter, | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hartwico, Eistettensi Episcopo, advocatus in Tagestein feudum quoddam in Ninsazen (Neuses) ab ecclesia Eystettensi dependens, Sanctae Mariae in Halsprunnen cedit, et Episcopo pro recompensatione offert praedia in Niwenstat et in Rossebach (Rosenbach, praef. Ansbach.) |
| 1223. circiter, | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ebehertus, Babenbergensis Episcopus, pro C. talentis, a sororibus in monte beatae Virginis Babenbergae ad reluitionem bonorum in Boleure (Hohen- vel Tiefenpölz,) Arnoldo Forsoni de Menigowe obligatorum, destinatis, est in usum ecclesiae Babenbergensis conversis, eidem Arnoldo assignat advocatiam curiae villae, que in Gundoldesheim, (Gundelsheim, praef. Bamberg) a Marquardo Slihario prius redemtae, |
| 1223. circiter, | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Echeberti Babenbergensis Episcopi consensu dominus Heinricus et dominus Eberhardus, nobiles viri de Grifenstein, super altare Sancti Egidii delegant aream in suburbio, versus montem Sancti Michaelis, ab Episcopo resignatam. |
| 1223. circiter, | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Reinoldus de villa Zetochendorf, (Zeckendorf, praef. Schesslitz) Sancto Georgio Babenbergae offert propriam suam, Cunigundim. |
| 1224. | Loudewicus, Palatinus Comes Rheni, et Dux Bawariae, pro castro Ahlaeh, in fundo ecclesiae Pruveningensis exstructo, et pro curte Wihse, monasterio confert praedium Chunigeswisen et Möting, judicium in Pruvening, curtem in Neuröting et summi Capellani honores. Acta in Pruvenige Id. (13.) Januarii Ind. III, (XII.) forsitan anni M.C.C.X.X.X.? (M. B. XII. 203.) | | |
| 1224. circiter. | Honorius Papa III. privilegia et bona Baumbergensis roborat. Dat. Laterani II, Kal. Februarii. (31. Jan.) | | |
| 1224. | Lodewicus, Comes Palatinus Reni, Dux Bawariae, donationes ad ecclesiam Ratisponensem factas, (M.C.C.V.) castri videlicet Kelheim &c. a filio suo Ottone confirmari efficit, Chunradus Episcopus vero beneficium Eber- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1224. | hardi Comitis de Dornberch, advocatiam scilicet super Veldan, in eundem transmittit. Testes: Heinricus de Lerchenvelt, Pert. Comes de Liubenne, Fratres Comites de Mospurch, Hallous Comes de Hirdipurch. Acta Ind. XII. XII. Kal Martii, (18. Februar) Datum eodem anno apud Strubingen V. Kal. Aprilis (28. Mart.) vid. *Ried* l. c. num. 355. | | |
| 1224. | Chunradus, Ratisponensis Episcopus, reservatam sibi advocatiam seu Kastenvogtei, ad feudum Gebhardi, Comitis de Dornberg pertinentem, Ludovico Duci Bavariae recompensare promittit per aliud quoddam feudum, proxime vacaturum, et ad XX. libras redditnum circiter aestimandum, Acta XII. Kal. Marcii (18. Februar) Datum eodem. vid. *Ried* l. c. num. 355. *Hund* l. c. I 237. *Tolneri* hist. Pal. Cod. p. 148. | | |
| 1224. | . . . . . . . . . . | . . . . . . | Fridericus, Romanorum Imperator, fratribus hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum in Jerusalem confirmat donatam ab Ottone Wirceburgensi Episcopo curiam in civitate Wirceburgensi, ultra Moganum, juxta monasterium Scotorum, cum curtilibus, quae olim fuerunt Friderici, avi, et domini Heinrici patris sui, felicium Augustorum. Acta mense Februarii, Ind. XII, anno Imperii IV. Regni vero Siciliae XXVI. Datum Cathanie. |
| 1224. | Ludewicus, Palatinus Comes Rheni Dux Bavariae, Claustro Alderspach confert decimationes bonorum suorum, ad castrum Urimering pertinentium, Dat. II. Non. (6.) Martii Ind. XII, (M. B. X. 370.) | | |
| 1224. | Consentiente Ekkeberto, Babenbergensi Episcopo domino feudali, Balbolus, ministerialis de Wintzer et Chunradus de Stennik, ecclesiae Alderspacensi conferunt bona feudalia in Girspere et Odiliant, pro curiis Prucke et Stedil. Factum Ind. XII. Dat. pridie Kal. Aprilis (31. Mart.) (M. B. V. 370.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1224. | . . . . . . . . . . | Heinricus Romanorum Rex Campidonensi monasterio confirmat advocatiam bonorum. Testes: Siffridus, Augustensis Episcopus. Heinricus Imperialis aulae Protonotarius. Hermannus de Sulzberc. Siffridus et Heinricus, fratres de Thoneregere. Walterus Nagillinus, Minister de Ulma. Dat. apud Wimpinam III. Non. (3.) Aprilis. Ind. XII. | |
| 1224. | Honorius Papa III. monasterio de Borran confirmat ecclesiam in Burbach, Augustensi Episcopo concessam. Datum Laterani VI. Id. (8.) April Pontif. anno VIII. | | |
| 1224. | Conradus, Ratisponensis Episcopus, monasterio Waldsassensi concedit relutionem decimationum quarundam, circa coenobium sitarum, a Leopoldo, Austriae Duce, nunc autem ab Episcopo Ratisponensi, in feudo procedentium. Dat. Ratisponae XVI. Kal. Maii (16. April.) | | |
| 1224. | Honorius Papa III Abbati de Walderbach et Sancto Emmeramo revocationem bonorum, a monasterio Altahensi (Niederaltaich) distractorum, committit. Datum Laterani IX. Id. (10.) Junii. Pontif. anno VIII. | | |
| 1224. | Idem monasterium Sancti Petri de Superiori Alta sub beati Petri protectione suscipit. Datum Laterani IV. (10). Junii. Pontif. anno VIII. (M. B. XII. 120) | | |
| 1224. | Heinricus, Romanorum Rex, ecclesiis in Staingaden et Raitenbuch ulteriorem nemorum devastationem interdicit. Dat. apud Nurenberch VIII. Kal. Augusti (25. Julii) Ind. XII. (M. B. VI. 514.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1224. | Chuonradus, Comes de Wasserburch, Gebhardo, Pataviensi Episcopo et Liupoldo, Austriae Duci, pro mille marcis oppignorat castrum in Viechtenstain, cum proprietate sua infra Salzam sita. Acta Pataviae in Kalendis Augusti (1. August.) Ind. XII. | | |
| 1224. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Theoderici Herbipolensis Episcopi consensu Bertholdus Plebanus in Bernheim (Burgbernheim) Capellarum in Swebeheim (Schwebheim) et in Ottenhoven, parochiae suae filiarum, perpetuas constituit vicarias. Dat. apud Wirceburg. Ind. XII. XVII. Kal. Novembris (16. Octobr.) Boppone Comite de Hennenberc, urbis praefecto, Episcopatus anno I. vid. *Spiess* arch. Nebenarb. I. 145. |
| 1224. | Heinricus Romanorum Rex, bona claustri de Steingadem Praeposito de Moringen protegenda committit. Dat. apud Nuremberc XV. Kal. Novembris (18. Octobr.) Ind. XII. (XIII.) | | |
| 1224. | In audientia Lodowici, Ducis Bavariae, Philippus, Hermanni Pedis filius, cum patruis suis, Pollingensi monasterio impetitum jus investiendi in ecclesiam Tutenhusen resignat. Actum apud Diezzen in domo Bertholdi Musingarii VIII. Id (6.) Novembris. (M. B. X. 48.) | | |
| 1224. | Chunradus, Ratisponensis Episcopus, et Lodewicus Dux Bawariae, Chunradi de Hohenvels, militis, praedium dictum Puolenrute (Pollenried), in terminis parochiae Tiurlingen (Teurling, praef. Hemman), in quo ille hospitale plantaturus est, ab omni jurisdictione ecclesiae in Tiurlingen eximunt. Acta Ind. XII. (XIII.) Dat. in Ratispona II. Kal. Decembris. (30 Novembr.) vid. *Falkenstein* Antiq. Nordgav. Eichst. II. pag. 92. | | |
| 1224. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Romanorum Rex, super feudo, ab ipso et progenitoribus suis, ex Wirceburgensis ecclesiae favore possesso, nunc autem litigioso, arbitros constituit Diepoldum Marchionem de Hohenberg, Conradum Pincernam de Klingenberg, Bopponem Burcgravium de Henneberc, A . . . . Decanum majoris ecclesiae, |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | | H . . . Praepositum Werdensem, aliosque in loco Frankfurt. Datum apud Hagenowe, II. Non. (4) Decembris, Ind. XIII. |
| 1224. | Richza, Superioris Monasterii Sanctae Mariae Abbatissa, quandam ecclesiae suae vineam apud Tegerisheim, mortuo domino Hawardo de Entingo sibi vacantem, jure feodali ad vitae tempus Otthebo de Heida concedit. Acta Ind. II. (XII.). | | |
| 1224. | Ratisponense Capitulum Chunrado militi, cognomine Grufel, locat vineam noviter excultam in loco, qui dicitur Aichelberg, cum aliis duobus agris in Wuzenhoren, in quibus similiter vineas excolere proponunt. Acta Ind. XII. | | |
| 1224. | Pertholdus, Sancti Emmerami Abbas, ad petitionem burgensium, partem montis siti apud Harde, (Veldaberg am Hart prope Reinhausen) hactenus inculti, ad excolendas vineas Liutwino filiisque suis ad vitae tempus concedit. | | |
| 1224. | Conradus, Ratisponensis Episcopus, Rorae monasterio ecclesiam Röztingensem incorporat. (M. B. I. 370.) | | |
| 1224. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Theodericus Herbipolensis Episcopus monasterii Waldsassensis Capellam in Heidingsfeld ab omni jure parochi eximit, parochumque per duo jugera vineae in Langinburch indemnem praestat. |
| 1224. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coelestinus Sancti Jacobi Abbas Herbipoli Theoderico cuidam locat duo jugera vinearum et dimidium in loco, qui dicitur Byolt. |
| 1224. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Henrico Hertmann pro tertia parte proventuum annuorum ad torcular Sancti Jacobi exhibendarum confert vineam duorum jugerum in Illestat (Eibelstadt), ab Alberto de Arra in extrema unctione monasterio collatam. |
| 1224. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Henricus de Linach Coelestino Sancti Jacobi Abbati restituit vineam quatuor jugerum in loco Bytinberch, pluribus annis injuste possessam. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1224. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ehheberto, Babenbergensi Episcopo, sorores in monte Sanctae Mariae praedium in Nusezze (Neuses praef. Lichtenfels) ab Albrando, et praedium in Brunnen (Unterbrunn, praef. Banz) ab Wernhardo, Walpotonis Friderici militibus, coëmunt. |
| 1224. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Wilhelmi, Novi Monasterii Decani in Wirceburg, consensu, Herwicus confrater Eberhardo civi Herbipolensi ad procurandum lumine in altare Sancti Petri delegat tria jugera vinearum et decimam in Steine. Acta Theoderico de Hohenlohe Wirceburgensi Episcopo praesidente. |
| 1224. circiter | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Herolдus Nuwel ecclesiae Sancti Jacobi tradit duo jugera vinearum et dimidium in monte Sanctae Mariae sita. |
| 1225. | Albertus, Comes de Bogen, in Apuliam ad Imperatorem profecturus, monasterio superioris Altach confert jus patronatus trium ecclesiarum patrimonii sui, Haselbach, Ronzell et Leuzendorf. Factum Ind. VIII. (XIII.) Datum Non. (5.) Februarii (M. B. XII. 121.) | | |
| 1225. | Honorius Papa III. Sancti Andreae Frisingae Capitolo terras et possessiones suas confirmat. Datum Laterani XV. Kal. Martii, (15 Februar) Pontif. anno IX. | | |
| 1225. | Sifridus Augustensis Episcopus Inderedorfensi monasterio ecclesiam in Junkenhoven incorporat. Dat. Augustae pridie Non. (4.) Aprilis. (M. B. X. 247.) | | |
| 1225. | E . . . Salisburgensis Archiepiscopus monasterio de Waldsassen concedit facultatem, ut XX. cruce signatos a voto liberare, et totidem incendiarios dispensare valeat, si pro absolutione monasterio in bonis cesserint. Dat. Straubingen VIII. Id. (6.) Aprilis. Ind. XIII. | | |
| 1225. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Electo Rubbertus comes de Castelle, instante Hedewigi uxore sua, monasterio Ebracensi resignat vineas et praedia in confinio Husen (Baltenhausen), Isenheim (Eussenheim), Vare (Fahr), et Helgersheim (Elgersheim), exceptis tantum duobus jugeribus vinearum in Husvert, et quibusdam aliis juxta fossatum Stetenberg sitis. Testis: Tegenhardus Praepositus in Hougs, Otto Dux Meraniae, Poppo Comes de Henneberg, Heinricus de Grunbach. Acta X. Kal. Junii, (23. Maii) Ind. XIII. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1225 | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, fidelibus suis, Marquardo et Ottoni de Brunnestat, concedit facultatem commutandi, bona et prata sua in marchia Brunnestat, cum Ebracensibus bonis permixta. Testes: Otto Comes de Botenloube, Rubbertus Comes de Kastele, Heinricus Magister Coquinae de Rotenburg. Albertus Dapifer. Albanus Pincerna, Gotefridus Camerarius. Acta Ind. XIII. III. Kal. Junii, (30. Maii.) |
| 1225. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Babenbergense Capitulum monasterium Langheimense ex manso in Düringstatt, (Düringstadt, praef. Lichtenfels) a Friderico quondam Sculteto in Lichtenfels pro XX. marcis comparato, ab omni infestatione praepositorum et villicorum liberum, et silvarum et pascuorum usus particeps declarat. Dat. Bambergae Idus (15.) Julii. |
| 1225. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Heinricus Romanorum Rex oppidum Heilesbrunn (Heilbronn) et villam Bochingen, advocatiam quoque de Stephe (Sceft) et Sichershusen, una cum villa Runegeshoven (Königshofen) et advocatia in Frickenhusen, ecclesiae Herbipolensis bona ab Imperatore infeodata declarat. Testes: Otto Dux Meraniae. Boppo Comes de Hennenberg. Diepoldus Marchio de Hohenburg. Cunradus Comes de Zolre. Fridericus de Truhendingen. Heinricus de Grunbach. Cunradus de Hohenloch. Ministeriales porro: Eberhardus Dapifer de Walpurg. Hiltebrandus Marscalcus de Bechberg. Cunradus Pincerna de Clingenberg. Fridericus Camerarius de Bigenburg. Heinricus Marscalcus de Lare. Volkerus Dapifer de Salzberg. Heinricus Magister coquinae. Actum VI. Kal. Augusti (27. Julii) Ind. XIII. |
| 1225. | Albertus, Comes de Bogen, tertiae parti fori sui Pogen, ecclesiae in superiori Altaha collatae annectit duas curias in Mellach. Actum Ind. XIII. (M. B. XII. 122.) | . . . . . . . . | Hermannus de Arnstein Hermanno Abbati in Banz tradit feudum, quondam Hugonis de Merzebach, in Boche, et aream, in qua erectum fuerat castrum Gutenrele. Testis: Boppo Praepositus. Actum Ind. XIII. |
| 1225. | Mechtildes, Superioris Monasterii Abbatissa, ad petitionem Ekehardi de Otmaringe, ecclesiae suae ministerialis, quoddam nemus in Tegerinheim, ad excolendas vineas, Heinrico Nicolino et Alberto Cellerario, fratri suo, ad vitae tempus confert. Actum Ind. XIII. | | |
| 1226. | Amicabilis compositio in causa Rudolfi militis de Hoheveld contra Conradum Abbatem et conventum in Kaisheim, super quibusdam possessionibus in villa Egiwil. Acta in civitate Erbipoli in majori ecclesia. Testes: Ulricus de Dornberc, Eckehardus et Ebo, milites domini Rudolfi. Welcandus Scultetus ejusdem Rudolfi. | . . . . . . . . | Ottonis Wirceburgensis ecclesiae majoris Praepositi et A... Decani interventu, lis inter confratres hospitalis Sancti Egidii et beati Theoderici et judaeum Suzkint, ob aquaeductum subterraneum juxta domum hospitalis dirimitur. Testes: Godefridus majoris ecclesiae Decanus. Heinricus Magister coquinae de Rodenburc. Hertwicus Magister coquinae. Acta Pontif. Hermanni Episcopi anno I. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1225. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Wirciburgensi Episcopo Ludewicus de Stolberc ecclesiae Sancti Stephani remittit decem solidos e curia Coleldisheim (Holzheim) solvendos. Testis: Otto Praepositus major. Actum Boppone urbis praefecto. |
| 1225. circiter. | Methildis, Superioris Monasterii Abbatissa, Heinrico villico suo in Liupheringe agrum quemdam olim Piunt dictum (Pointacher) in vineam iterum excolendum ad vitae tempus concedit. | | |
| 1225. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus III. monasterii in Langheim Abbas profitetur, a Rudolfo de Widinze praedium Burchstall (Burgstall, praef. Lichtenfels) et grangiam in Hoinstatt (Hochstatt) pro anniversario legatum et a Mechtildi, conjuge, villam Halle (praef. Kronach) superadditam esse. |
| 1226. | Transactio inter Rudolfum Curiensem Episcopum et Tridentinae ecclesiae Capitulum, de jure patronatus in ecclesias Sancti Johannis de Tirol et Sancti Martini de Pasire alterna vice exercendo. Dat. Tridenti in stupa Palatii Episcopi die Veneris XVI. exeunte Januario. (16. Jan.) | | |
| 1226. | Honorius Papa III. monasterio Rorensi concessam ab Episcopo Ratisponensi ecclesiam in Roetsdingen (Rötting, vid. M. B. I. 271.) confirmat. Datum Laterani IV. Kal. Martii (26. Februar) Pontif. anno X. (Confirmatum per Gregorium IX. Anagniae VIII. Kal. Novembris. (25. October.) Pontif. anno VII. (1233.) | | |
| 1226 | Idem monasterium Beyhartingen in protectionem suam suscipit, et donationem ecclesiae in Tuntenhausen confirmat. Dat. Laterani III. Kal. Martii (27. Februar) Pontif. anno X. (M. B. V. 462.) | | |
| 1226. | Ludewicus praeco de Schergenhoube, de huba Seapinge censuali jure habenda cum canonicis Ysenensis ecclesiae (Isen, praef. Erding) paciscitur. Data Ysene VIII. Kal. Junii. (25. Maii.) | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1226 | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus confirmat quasdam possessiones et mancipia, ab Hedewige de Borgeberahe, (Burgebrach) ecclesiae Herbipolensis ministeriali, ad monasterium Eberahe transmissas. Testis: Otto, Comes de Botenloube. Dat. Herbipoli. Non. (5.) Aprilis, Ind. XIV. Episcopatus anno I. |
| 1226. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Halsprunnensi Abbati tradit decimam in Linde, (Linden, praef. Mkt. Erlbach) ab Alberto milite de Tiefe resignatam sibique duabus curtibus in Menelheim, (nunc Baudenheim?) VIII. jugeribus vineti in *Tiefe* (Ober- et Unter-Tief, praef. Windsheim) sitis in Rosenberg, et una domo compensatam. Act. Non. (5.) Aprilis. Episcopatus anno I. Testes: Rupertus, Comes de Castele. Wolmundus de Speheveld. |
| 1226. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus II, Romanorum Imperator monasterium Sanctorum Petri et Pauli in Wilzburc (Wülzburg) in protectionem suam suscipit. Datum apud Ravennam, mense Aprilis, Ind. XIV. Imperii anno VI.<br>vid. v. *Falkenstein* Urkunden und Nachrichten vom Fränk. Kreis und den Ansb. - Bayreuther Landen. pag. 46. num. 32. |
| 1226 | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Honorius Papa III. monasterium in Wülzburg in protectionem suam recipit. Data Laterani mense Maii Pontif. anno X.<br>vid. *Jungs* antiquit. monast. in Wülzburg. pag 4.<br>Schütz Corp. historiae Brandenb. diplom. IV. Abhandlung p 64. num. 28.<br>Falkenstein l. c. pag. 47. num. 3. |
| 1226. | . . . . . . . . . | Heinricus, Romanorum Rex, advocatiam monasterii in Urspere redimit de potestate nobilis viri Alberti de Niwenburc. Acta praesentibus *Principibus*: Sifrido, Augustensi et Heinrico Eistetensi Episcopis, Ludewico, Duce Bavariae.<br>*Comitibus*: Hartmanno de Dillingen. Chounrado de Wirtenberc.<br>*Baronibus*: Friderico de Truhendingen Heinrico de Niphen. Eberhardo de Aichheim.<br>*Ministerialibus* imperialis aulae: Eberhardo, dapifero de Waltpurc, Counrado et Eberhardo fratribus de Winterstetten, Dietone de Aistegen. Swiggero de Mindelberc, et Burchardo de Hohen- | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | bure. Data Augustae per manum Heinrici, Constantiensis Praepositi, Imperialis aulae Protonotarii. Idus (13.) Novembris Ind. XIII. (XIV.) | |
| 1225. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni, Herbipolensis Episcopi consensu, Conradus de Nirenburch Sifrido Abbati Alhusensi vendit jus advocatiae super bonis monasterii Alhusensis in villa Segenis (praef. Ochsenfurt). Testes: Otto Praepositus. Arnoldus Decanus. Adelhunus Pincerna, Gotefridus Magister coquinae. Acta Ind. XIV. Non. (5.) Decembris. |
| 1226. | Gebehardus Pataviensis Episcopus capitulo suo parochiam in Trifilara incorporat, et pro patre suo Leupoldo Comite de Plain, Ita matre, et Liutoldo fratre, nec non pro Conrado Ratisponensi Episcopo, Heinrici Comitis de Frontenhausen filio, anniversarios dies ordinat. Dat. Pataviae Ind. XIV. Pontif. anno V. | . . . . . . | Holzbrunnense Monasterium ab Ulrico de Urn pro LV. libris comparat praedium quoddam in Nuwse, (Neuses, prope Windsbach) V. scilicet mansos et dimidium. Act. Ind. XIV. Testes: Conradus Pellarius, Albertus Rintisnuol. Conradus Scultetus. |
| 1226. | Chunradus, Ratisponensis Episcopus, ad capellam Sancti Salvatoris, ecclesiae Sancti Johannis Baptistae jure fundi appertinentem, fratres minores collocat. Act. Ind. XIV. vid. Ried l. c. num. 364. | . . . . . . | Conradus de Trimperg et filius ejus Albertus, nobiles viri, Hermanno Episcopo Herbipolensi in feudum offerunt castrum suum Trimperg superius et inferius, ac omnem proprietatem infra semitam de villa Vrdorf (Eurndorf) ad montem Herstelberg, usque ad vallem Sibotental, infra ripam sub castro in valle Engetal, usque ad Salam fluvium, una cum novo castro Freudeberg (Freundberg) et villa in minori Steten. Acta Ind. XIII. (XIV.) Episcopatus Hermanni anno I. Testes: Otto Comes de Botenlobe. Albunus Pincerna. Albertus Dapifer. Gotefridus Magister coquinae. Heinricus et Hertwicus Magistri coquinae. |
| 1226. | Richza, in Superiori Sanctae Mariae Monasterio Abbatissa novalia quaedam in Tegernheim, ad excolendas vineas Fengero plebano de Linthart olim concessa, nunc autem resignata, in fratrem Chunradum transmittit. Testes: Hermannus filius judicis ante urbem. Act Ind. XIII. (XIV.) | | |
| 1226. | Chunradus, Ratisponensis Episcopus, bona sua in Haselbach pro LX. libris comparata ad oblationes dominarum in ecclesiis Superioris et Inferioris Monasterii, nec non partem curiae in Sünchingen ad ecclesiam Sancti Pauli pro celebrando suo offert anniversario. Testes: | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | Ulricus Vicedominus, Reimarus de Preunbere Dapifer. Acta Ind. XIII, (XIV.) vid. *Ried* l. c. num. 362. | | |
| 1226. | Idem Hospitale Sancti Johannis in pede pontis Ratisponae, centum semper pauperes ad minimum pasciturum, in potestatem Cannonicorum et in dominium Burgensium Ratisponensium, quippe Hospitale Civium nominandum, addicit. Acta Ind. XIV. vid. *Ried*, l. c. num. 363. | | |
| 1226. | Chunradus, Comes de Wazzerburch, castrum suum in Vischtenstain, ecclesiae Pataviensi olim donatum, sed ductae uxori in dotem constitutum, dicta conjuge Kunigundi consentiente, cum omnibus proprietatibus et pertinentiis, a terminis Salzae usque ad Anasum, et a fluvio Isar usque ad nemus Boemorum, Pataviensi Ecclesiae offert in feudum. Dat. Pataviae Ind. XIV. Anno Pontif. Gebhardi Pataviensis Episcopi VI. Testis: Comes Luitoldus de Pleien. | | |
| 1226. | Fridericus Imperator Sancti Heimerami monasterii Abbatem in specialem suam protectionem recipit et defensionem. Data Fogie mense Novembris Ind. XV. (v. Libr. Prob. p. 162.) | . . . . . . . | Henricus dictus de Urach, Canonicus in Onoldesbach, in Heinricum scolarem suum transfert XVII. jugera, eidemque legat domum, quam inhabitat juxta aquam, cum IV. jugeribus et dimidio. Act. Ind. I. (XV.) |
| 1226. | Alheidis, Comitissa de Lehesgemunde, annuente Bertholdo Comite, marito suo, Caesariensi coenobio donat praedium quoddam in villa Culmintingin, a quadam femina Maetilda de Wilin comparatum. Testis: Comes Bertholdus de Lehesgemunde. | | |
| 1226. | Nanzo, Biburgensis ecclesiae Abbas, ecclesiae in Steingaden vendit praedium, quod in Nemore dicitur, sibi nimis remotum. (M. B. VI 516.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1226. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Mehtildis, Abbatissa in Kizingen, Hartmanno civi Kizingensi libere dimittit duo jugera vinearum in monte Fronberg sita, a Sophia uxore Heinrici Sculteti comparata et hucusque impetita. Testes: Helmericus Advocatus, Rudegerus Scultetus, Gerondus Theloneárius, |
| 1226. circiter. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus ad Decanum totumque Conventum, Scultetum ac Universitatem civium in Onoldesbach, ut ex omnibus agris ad dominicale Episcopi pertinentibus, ecclesiae Onoldesbacensi statutae a fidelibus oblationes stricte solvantur. |
| 1227. | Heinricus, Episcopus Brixinensis, Domini Gerungi de Obernhoven, vasalli et ministerialis sui, filios legitimos in protectionem ecclesiae suscipit. Acta XIV. Kal Februarii (19. Januar.) | | |
| 1227. | Idem cum Alberto Comite Tyrolensi de dividenda prole Chunradi et Berchtoldi Trutsuni, Heribrandi de Tamersperch, Friderici de Castro Sancti Michaelis, et Rudigeri de Matirey transigit. Act. primo ad Pontem dependentem die Martis VI. Non. intrante Marcio (2. Mart.) secundo in choro ecclesiae majoris Brixinae, die Mercurii, V. Non. intrante Marcio (3. Mart.) | | |
| 1227. | Heinricus VII Romanorum Rex ecclesiae Steingadensi confert jus feudale in duobus mansis villae Widergeltingen, ab Heinrico et Friderico fratribus de Dachspere sibi resignatam. Datum apud Augustam XIII. Kal. Aprilis (20. Mart) (M. B. VI. 517) | | |
| 1227. | Gregorii Papae IX. praeceptum, ut judaei, qui synagogam Ratisponae construxerint, ad satisfactionem et restitutionem compellantur. Dat. Laterani II. Kal. Aprilis (31. Mart) Pontif. anno I. vid. *Liber Probat.* pag 163. et 164. | | |
| 1227. | Henricus, Romanorum Rex, Jordano de Lengenveld concedit, ut Monasterii Inferioris Ratisponensis puerum quemdam Comiti de Ortenberg haereditarie possit tradere. Dat. apud Wormaciam VII. Kal. Maii (25. April.) Ind. XV. | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1227. | Chunradus, Comes de Wazzerburch et uxor Chunegundis, per manus salemanni, Rapotonis, Comitis Palatini Bavariae, castrum Vichtenstein et bona uxoris, quae Sole dicuntur, Pataviensi tradunt ecclesiae. Actum Pataviae, Ind. XV. V. Kal. Maii (27. April.) | | |
| 1227. | Gregorius Papa IX. clero et populo Ratisponensi notificat, electionem Ratisponensis episcopi, per impressionem laicalem praesumtam, a se cassatam et electum Conradum Moguntinum confirmatum esse. Ejusdem temoris litterae ad ministeriales Ratisponensis ecclesiae, datae Anagniae IV. Id. (10.) Junii. Pontif. anno I. vid. *Ried* l. c. num. 367. 368. | | |
| 1227. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX., Priorissae Sanctae Magdalenae in Alemania et sororibus poenitentibus Herbipoli, regulam Sancti Benedicti secundum institutionem Cisterciensium professis, possessiones suas confirmat. Datum Anagniae IV. Id. (10.) Junii. Ind. XV. |
| 1227. | Ejusdem mandatum ad Abbatem de Prule, Praepositum Sancti Magni et Decanum veteris capellae Ratisponensis, coërcendi A. militem et consortes per poenam in Lateranensi concilio contra usurarios editam, ut sua sorte contenti, monasterio Sancti Emmerami pigneratas possessiones et quidquid ultra sortem perceperint, restituant. Dat. Laterani Id. (13.) Junii, Pontif. anno I. (Lib. Prob. pag. 165.) | | |
| 1227. | Idem Rectoribus et civibus Ratisponensibus venturum noviter electum Episcopum, cum provisione super cruce signatorum instructum, annunciat. Dat. Anagniae VI. Non. (2.) Julii. Pontif. anno I. | | |
| 1227. | Fridericus Imperator omnia ab ecclesia Ratisponensi per intrusum Praepositum Godefridum abalienata revocat, non obstante concessione aliqua Regis Heinrici, dolose in hoc circumventi. Dat. Melfir, mense Julii, Ind. XV. vid. *Ried* l. c. num. 364. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1227. | . . . . . . . . . . | Heinricus VII. Romanorum Rex, Abbati monasterii Faucensis (Füssen) indulget sedationes rixarum cum seu sine sanguinis effusione, emendationem servorum et exactionem redituum suorum. Dat. apud Augustam VI. Id. (10.) Octobris Ind. I. | |
| 1227. | Gebhardus, Pataviensis Episcopus, hubam unam sitam in Achelmingen altari Sancti Stephani apud Sanctum Nicolaum confert pro dote. Act. Pataviae in festo undecim millium Virginum (21. Octobr.) Dat. per manum Friderici Notarii. (M. B. IV. 333.) | | |
| 1227. | Idem privilegia ab antecessoribus suis monasterio Sancti Nicolai concessa, confirmat. Acta Pataviae Ind. XV. XII. Kal. Novembris (21. Octobr.) Pontificatus anno VI. Dat. Pataviae per manum Friderici Notarii. vid. *Hund* l. c. II. p. 562. | | |
| 1227. | Idem sanctimonialibus in inferiori urbe Pataviae confert quamdam vineam in Chaulnhouerrera, juxta episcopalem vinitorium sitam, et duo beneficia, ad excolendam vineam. Dat. Pataviae XI. Kal. Novembris, (22. Octobr.) Ind. XV. Pontif. anno VI. | | |
| 1227. | Ulricus, Comes de Ultimis, ecclesiae Sancti Johannis in Staingaden ad irrigendam terram suam et vineas in Hagenach omni feria tertia indulget aquam manantem fluenti. Acta XI. Kal. Novembris (22. Octobr.) in Augia apud Bozanum. | | |
| 1227. | Gebhardus, Episcopus, et Rapoto, Comes Palatinus, ob damna tempore discordiae utrimque sibi illata in arbitros compromittunt. Dat. Pataviae Ind. XV. Pontif. Gregorii Papae anno I. | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Ludewicus de Stalberc, consensu uxoris suae Hedewigis, et per manus Cunradi filii sui, cognomento Herrier, et patruelis Cunradi de Bichenberg, monasterio Ebracensi donat decem mansos in Grezzestat (Greitstadt), a filio sororis suae bonae memoriae Engelhardo acquisitos, ac omni juri, quod in silvam Ebracensium habere videbatur, renunciat. Testes: Arnoldus |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1227. | Richza, Superioris Monasterii Sanctae Mariae Abbatissa, Chunrado et Heinrico fratribus de Gebelhoven, ad preces Lodewici Comitis Palatini Reni et Ducis Bawariae, beneficium patris horumque negatum, ea sub lege concedit, ut infra annum unaga de filiabus ecclesiae Superioris Monasterii ducant uxorem. Testes: Comes Palatinus Rapoto, Comes Heinricus, frater ejus, Mainhardus Comes de Rotenecke. Hallinlus Comes de Kirchperc. Acta Ind. XV. | . . . . . . . |
| 1227. | Eadem Plebano, nomine Wolframo, hubam quandom in Ebelinge (Ehlfing?) sua pecunia redimenti, et ad oblationes dominarum ordinanti, anniversarium celebratum iri spondet. Acta Ind. XV. | |
| 1227. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1227. | Wolframmus de Heroltsrius V . . . Michilveldensi Abbati tradit hereditarium jus mansi sui. Act. Ind. XV. vid. *Ussermann* l. c. pag. 148. | |
| 1227. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1227. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |



## Franconica.

Decanus, Hartwicus Magister coquinae. Albertus Dapifer. Albunus Pincerna. Acta Ind. XV. Pontif. Hermanni anno II.

Coram eodem Episcopo Heinricus de Prozoldesheim Ebracensi Abbati renunciat praedium quoddam juxta grangiam Husen, quatuor mansos continens. Testes: Wazzmudus de Spehevelt, Gothefridus de Swarcenberc. Acta Ind. XV. Pontif. Hermanni anno II.

Hermanni, Herbipolensis Episcopi consensu, Gebehardus, Canonicus in Onoldespach, et soror ejus Gerrudis ecclesiae Sancti Gumberti donant, duos hortos, unum mulcadinum superius respicientem, et alterum domui ipsorum in foro adjacentem. Episcopatus anno II.

Idem Episcopus, in causa Herbipolensis capituli et villanorum de Hochheim ex una, et monasterii Sanctae Mariae in Cella ex altera parte, possessionem silvarum Rotenberc et Seeheberth concernente, praedio juramento ex septima manu, dictas duas silvas monasterio adjudicat. Acta Ind. XV. praesulatus anno III. Testes: Arnoldus Decanus majoris ecclesiae. Albertus Dapifer. Adelhunus Pincerna. Gothefridus Camerarius. Magister coquinae Regis.

Sententia in causa Hermanni Abbatis de Banze, et Eberhardi et Erlewini, fratrum de Meinoldestorf, jus advocatiae in dominicalibus Banzensis ecclesiae concernens, videlicet in curtibus Bruninsdorf (nunc Holtenbrunn, praef. Seslach), Herrid (Hleinhereth, praef. Banz), ac Drewistorf (Draisdorf) et in pratis prope Itysam. Act. Ind. XV. vid. Sprenger l. c. pag. 147.

Confirmatum ab Episcopo Hermanno. MCCXXXIV. Ind. VIII.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
| --- | --- | --- |
| 1227. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1227. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1227. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1228. | Heinricus Marchio Ystriae ecclesiae Benedicti in Burren confert mansum unum in villa Lamzen situm, juxta portam, Caterre dictam, et praedium suum juxta Laingruebe, quod dicitur Chamerland, in monte Ellinpogen. (M. B. VII. 115.) | |
| 1228. | Conventus de Waldsassen bona domini Echonis militis, in villa Grune, pro XXII. talentis Ratisponensium comparat. Act. apud, Ratisponam VIII. Kal. Martii (22 Februar.) | |
| 1228. | Gregorius Papa IX. Episcopo Ratisponensi facultatem incendiarios absolvendi concedit. Dat. Laterani V. Id. (11.) Martii Pontif. anno I. vid. *Ried.* l. c. num. 266. | |
| 1228. | Idem Sancti Jacobi Abbati, Sancti Magni Praeposito et Veteris Capellae Scolastico mandat, ut litem inter Abbatem Rotensem et Episcopum Frisingensem super ecclesiis in Westenrote et Peusteten exortam componant. Datum Laterani II. Id. (14.) Martii. Pontif. anno I. | |



## F r a n c o n i c a.

Heinrici Romanorum Regis, Friderici II. filii, privilegium, ne monasterium Halsbrunnense aliqui de familia regalis curiae equum exhibere debeat, nisi in speciali expeditione, per Buttigularium de Nurinberg indicta. Dat. apud Onoldesbach XIV. Kal. Octobris (18. Sept.) Ind. I.
vid. *Hocker* l. c. P. II. pag. 112. n. 3.
*Falkenstein* l. c. pag. 49. n. 53.
v. *Schütz* pag. 67.

Idem civibus Ratisponensibus notum facit, qualiter Hermanno, venerabili Herbipolensium Episcopo, concesserit nundinas circa festum omnium Sanctorum in civitate Herbipolensi annuatim frequentandas sub Regia securo conducta et protectione, ad modum nundinarum Regiarum apud Franchenfurt et Werde. Datum apud Wimpinam XI. Kal. Octobris (21. Sept.) Ind. I.

Fridericus, Abbas ecclesiae SS. Petri et Pauli et S. Stephani in Wirceburc, Heroldo monetario denuo confert quamdam aream ab Heinrico Abbate olim receptam. Acta Boppone urbis praefecto.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1228. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1228. | Idem monasterium Sancti Petri de Werde, (Högelwerth) ordinis Sancti Augustini, in protectionem suam suscipit. Dat. Reat II. Non. (6.) Maii, Pontif. anno II. | |
| 1228. | Concordia inter Gebhardum, Pataviensem Episcopum ex una, et Rapotonem, Palatinum Comitem Bavariae et Heinricum fratrem suum, Comites de Ortenberg, ex altera parte, praesente illustri Duce Karinthiae, et reservata facultate accedendi Comiti de Wazzerburg super Pogu et Lichenau, sed exclusa omni compositione particulari cum H. Marchione Ystriae. Acta XII. Kal. Junii (21. Maii.) Ind. I. | |
| 1228. | Gregorius Papa IX. Episcopo Frisingensi facultatem indulget, absolvendi eos, qui de civitate ac dioecesi Frisingensi incendium commiserunt, ac convertendi mulctas in reparationem ecclesiae et civitatis per ignem devastatae. Dat. Perusii Kal. (1.) Julii, Pontif. anno II. vid. *Meichelbeck* II. pag. 2. | |
| 1228. | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, parochiam ecclesiae majoris pro triennio confert Ulrico Vicedomino, in solutionem CXXX. Ebrarum. Testis: Heinricus de Lerchenvelt. Pont. anno II. VIII. Id. (8.) Julii. | |
| 1228. | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae ac Marchio Istriae, ecclesiae in Burren assignat dimidium mansum in villa Sistrans, et unum molendinum in Mutal. | |



## Franconica.

Otto Comes de Hiltenburch cum uxore Adelheida et filio Alberto, Hermanno Herbipolensi Episcopo in feudum offert castrum suum haereditarium Hiltenburch cum villis et bonis: Inferius Elspe (Unter-Elsbach), Altenaibe, Diezenwinden, Vrauhenheim, Schwarzbach, Husen, Bode, Northeim, Berchach (Birbach) Sunthrim, Haldere, Oberevelt et nemore, quod Rone (Rhöne) vocatur. Testes: Otto majoris ecclesiae Praepositus Arnoldus Decanus. Henricus Marscalcus de Lore. Henricus et Hertwicus, Coquinarii Regis. Albertus, Dapifer de Witolshusen. Ludewicus de Habechisberch, Castellanus Comitis. Acta Ind. I. Id. (13.) Aprilis.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | pro plaustro vini, quod frater ejus, defunctus Marchio Yurico, dictae ecclesiae legaverat. Datum V. Kal. Augusti (28. Julii). (M. B. VII. 116.) | | |
| 1227. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Romanorum Rex, beatae Mariae in Waldsassen condonat V. jugera vinearum in loco Bachleit, juxta villam Edeggersfelt. Dat. apud Nurdelinge VIII. Id. (6.) Septembris, Ind. I. Testes: Hermannus, Erbipolensis Episcopus, Ludewicus illustris Dux Bavariae, Luipoldus illustris Dux Austriae, Dominus Lupoldus de Grintela, et frater ejus, Dominus Hertwicus Magister. |
| 1228. | Heinricus Romanorum Rex ad petitionem Abbatis de Wezzinsbrunnen Ludovico Duci Bavariae committit advocatiam villae Panzingen. Datum apud Augustam VI. Id. (10.) Octobris. Ind. I. (M. B. VII. 395.) | | |
| 1228. | Rapoto, Palatinus Comes Bavariae, Coenobio Baumburgensi confert jus advocatiae et patronatus in ecclesia Sichshartshirchen. Actum apud Salzburg IV. Non. (2.) Novembris. (M. B. II. 196.) | | |
| 1228. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX. monasterium Ebracense sub beati Petri et sua protectione suscipit. Dat. Perusii XV. Kal. Decembris, (17. Nov.) Pontif. anno II. |
| 1228. | Gebehardus, Pataviensis Episcopus, bona Ufhusen (Aufhausen juxta Landau) Barolo Thelonario, civi Ratisponensi in feodum collata, sequenti autem tempore Duci illustri Bavariae Ludewico pro C. C. C. libris denariorum Ratisponensis monetae oppignorata, ne ex eadem obligatione ecclesiae in posterum damnum exoriatur, ad consilium Sifridi, Episcopi Ratisponensis, praefato Carolo in directum feodum concedit. Acta novissime Ind. II. Dat. Pataviae XVIII. Kal. Januarii. (14. Dec.) | | |
| 1228. | Praepositus Ratisponensis ecclesiae ejusque electores in satisfactionem damnorum Episcopatui illatorum omnia beneficia sua resignant. Acta Ind. I. vid. *Ried* l. c. num. 371. | . . . . . . . | Coram Ekkeberto Babenbergensi Episcopo, Herdegerus de Wisintowe, ministerialis suus, ecclesiae Sancti Michaelis condonat praedium in Ratoldeshoven (Rattelsdorf, praef. Bamberg), mansum in Hezelsdorf, (praef. Ebermannstadt), curtem in Sigehardesowe (Sigritzau), et agrum inter Wisintowe et Erlnbach (Wiesentau et Kirchehrenbach, omnes praef. Forchheim). Act. Ind. I. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1228 | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, statutum Capituli de beneficiis choralibus ad usus Capituli deinceps destribuendis confirmat. Pontif. anno I, | . . . . . . . | Coram Ruperto, Comite de Rastel, Rudigerus Rwerer erga fratres de Ebera renunciat praedio in Dipach, (Dippach, praef. Burgebrach) monasterio ex testamento nepotis sui Sifridi legato, et praedio in Schrim, ab Henrico de Nortenbere Ebracensi Ecclesiae collato, Act. Ind. I, |
| 1228. | Idem capellam in Soler, cum villis attinentibus in Winzer, Reinhusen (Reinhausen), Geilnehoven (Gaishofen), Haselbach, Wihse, (Weichs) Utzenhoven (Wenzelhoven), Berrein (Barrera), et Rohtal, unit Capitulo Ratisponensi, Acta Ind I. Pontif. anno II.<br>vid. *Ried* l. c. num. 375. | . . . . . . . | Pueri Mehtildis de Eichenvelt Hermanno Herbipolensi Episcopo tradunt sese in jus censuale. Data Ind. I. Episcopatus Hermanni anno III, |
| 1228. | Ekkebertus, Babenbergensis Episcopus, Ludovicum Palatinum Comitem et filium suum Ottonem de feudis Alrami et Alberti, fratrum de Halse, in multis placitis evictis, et mediante justitia coram Rege obtentis, infeudat sub sigillo Regis Heinrici et Liupoldi, Ducis Austriae, Testes: Rudolfus Palatinus Comes de Tuwingen. Hermannus Marchio de Baden. Conradus Burggravius de Nurenberch, Hartmannus, Comes de Dilingen. Fridericus de Truhendingen. Dapifer de Walpurch. Conradus Pincerna de Winterstedes. Acta Ind. I. apud Ezelingen. | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Fridericus de Tanhusen pro redimenda ulteriori impugnatione venditi praedii sui in Gohesheim (Gochsheim) a monasterio de Ebera duas adhuc libras impetrat. Testes: Albertus Notarius Episcopi. Albertus Dapifer. Walpertus Scultetus, cognomento Turse. Actum Ind. I. Pontif. Hermanni anno III, |
| 1228. | Idem Ludovicum Palatinum Comitem investit de feudo defuncti Alberti, Comitis de Bogen, quod a Patavia ex utraque parte Danubii versus Ratisponam et ultra protenditur, exceptis villa Nezzelbach, aliisque villis intermediis usque Winzer. Testes ut supra (Chunradus *Praefectus de Nurenberg*) Datum eodem. | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, agris Onoldesbacensis civitatis, quos incolae Selhunt nominant, antiquam libertatem a decimis et quibuscunque angariis confirmat. Act. Ind. I. |
| 1228. | Ulricus monasterii Sancti Nicolai Praepositus domino Heinrico, hactenus Provisori, praedium Chabrilhen in beneficium confert. Act. apud Sanctum Nicolaum Pataviae Ind. I. | . . . . . . . | Conradus, Butigularius, et Conradus Scultetus in Nurenbere, judices, militem de Lengerzheim, Col cognominatum, adstringunt, ut resignet censuales Onoldesbacensis ecclesiae, ad suum dominium injuste pertractos. Act. Ind. I. Testes: Conradus Huslin. Heinricus Holzschuch.<br>vid. Junge Misc. II. T. pag. 121,<br>*Falkenstein* l. c. pag. 49. n. 35. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
| --- | --- | --- |
| 1228. | Gotfridus major Praepositus ecclesiae Ratisponensis Episcopo et ecclesiae Canonicis resignat administrationem Praepositurae, reservata sibi dignitate Archidiaconatus et loco majori. Acta Ind. II. vid. *Ried.* l. c. num. 372. | . . . . . . . |
| 1228. | Hainricus de Thalhoven Steingadensi ecclesiae vendit quasdam possessiones, Ufen Riet et in Gebreme, in feodum possessas, et per manum Bertoldi de Dirichburch, Imperialis Curiae Judicis, jus proprietatis, *jure Suevorum* transmittit. Act. Ind. II. (M.B. VI. 519.) | |
| 1228. | Geroldus, Frisingensis Episcopus, jus patronatus ecclesiae in Walkershoven (praef. Dachau) monasterio in Scheyern asserit. | Quidam dictus Sponnagel monasterio in Ursberg donat praedium in Vischach (Fischach, praef. Göggingen) et curiam in Richenbach. |
| 1228. | Swiherus de Mundelberch, Imperii ministerialis, praedia in Lettenbühel et Geswende tradit Religiosis beatae Mariae in Raitenbuch. | Cunradus, Abbas in Caesarea, commutat cum C... Praeposito in Soulenhoven curiam in Sezzenhoven, pro decima grangiae de Ahusen in parochia Alrehainensi. Testis: Frid. de Truhendingen. |
| 1228. | . . . . . . . . . | Conradus Praepositus in Soulenhoven approbat, Eod. Heinricus Eistetensis Episcopus confirmat MCCXXXI. |
| 1228. | . . . . . . . . . | Hartmannus Sacerdos fratribus in Echinbrun, pro consolatione annua per dies quadragesimae, tradit villam Zimbern. |
| 1228. | . . . . . . . . . | Heinricus, Romanorum Rex, concambium, quo Walcun, plebanus in Horburc, Abbati in Reisheim silvam, quae vulgo Ger dicitur, pro dote parvula ecclesiae |



## Franconica.

Hermannus Episcopus Herbipolensis conventui Halesbrunnensi confert omnes decimas novalium inchoatorum in silvis infra Bergelersteige et Redanciam fluvium. Act. Ind. II. Episcopatus anno IV.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | in Horburc remisit, jure advocati adprobat, Testes: Hartmannus, Comes de Dilingen, Berhtoldus, Comes de Lechesgemunde, et filius ejus Heinricus, Fridericus de Truhendingen et filii ejus, Eberhardus de Walpurc, Dapifer. | |
| 1229. | Otto, Dux Meraniae, Palatinus Comes Burgundiae, jura, ecclesiae Diezzensi ab Ottone ac Heinrico Comitibus de Wolfratshusen et Bertoldo, Comite de Handehes largita, innovat. Acta Ind. II, Datum apud Stein, Id. (13.) Januarii. (M. B. VIII. 172.) | | |
| 1229. | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, ordini Praedicatorum in civitatem Ratisponensem introducendo tradit ecclesiam Sancti Blasii. Dat. Ratisponae Kal. (1.) Februarii Pontif. anno III. vid. *Ried.* l. c. num. 374. | | |
| 1229. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, ecclesiae suae affigit advocatiam monasterii in Seon. Act. Salzburgae VI. Kal. Martii (24. Februar.) | | |
| 1229. circiter. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus, monasterii Banzensis personas et possessiones, specialiter autem montem Stekelz, (Steglitz.) confirmat. Dat. Ratisponae VI. Kal. Martii (24. Februar.) vid. *Sprenger* l. c. pag. 372. |
| 1229. | Gregorius Papa IX. Capitulo Ratisponensi injungit, ut Sancti Emmerami monachos contra Hermanni, Ekkonis, Mageni aliorumque violentas injurias excommunicationis fulmine defendat. Dat. Perusii V. Kal. Aprilis (28. Mart.) Pontif. anno. III. (*Lib. Probat.* p. 167.) | | |
| 1229. | Idem Capitulo Ratisponensi committit monasterium Sancti Emmerami contra Plebanum in Pfering aliosque defendendum. Dat. ibidem et eodem. (*Liber Probat.* pag. 167.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1229 | Idem monasterium superius Ratisponae in protectionem suam suscipit. Dat. Perusii XI. Kal. Maii (21. April.) Pontif. anno III. vid. *Ried* l. c. num 375. | . . . . . . . | Gregorii Papae IX. privilegia pro ordine Sancti Dominici Herbipoli. Datum Perusii XI. et XIII. Kal. Maii (19. et 21. April.) |
| 1229. | Coram Eberhardo Salsburgensi Archiepiscopo Ulricus de Vasbeun resignat jus advocatiae in praedio quodam, Berthersgadensi Praeposito vendito, dicto der Hof zem Eigen, in Piazgowe, supra Niedernheim juxta Salzaham. Act. apud Tacherstuh Dat. per Magistrum Heinricum Notarium. XVI. Kal. Junii (17. Maii) (v. *Koch* II. 44.) | | |
| 1229. | Heinricus de Hattenberge Ulrico Praeposito in Staingaden protestatur acceptas XL. libras Swihero de Mindelberg debitas, pro pretio possessionum in Rutlandsriet, an dem Chirnberge et in Ridecowe. Dat. et Act. Augustae. VIII. Kal. Junii (25. Maii.) | | |
| 1229. | Bulla Gregori Papae IX. monasterio superiori Ratisponae Ordinis S. Benedicti pro defensione impertita. Dat. Perusii XVIII. Kal. Julii (14. Junii) Pontif. anno III. | | |
| 1229. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus sub pacto mutui adjutorii Conrado *Comiti de Otingen* fratrique ejus Ludewico pro septingentis marcis oppignorat decimam in Frikenhusen. Actum apud Wirceburc in capella palatii Ind. II. II. Id. (14.) Julii, Episcopatus anno IV. |
| 1229. | Idem ad Episcopum Frisingensem, ut Sifridum militem, ab inimicis interfectum, in cimeterio Undensdorfensi sepeliri curet. Dat. Perusii II. Non. (4.) Augusti, Pontif. anno III. (M. B. X. 243.) | | |
| 1229. | Compromissum inter Ludewicum, Ducem Bawariae, et Sifridum, Episcopum Ratisponensem, super satisfactione damnorum utrinque illatorum, dandisque obsidibus. Actum Ind. II. Dat. Ratisponae Nonis (5.) Septembris. vid. *Ried* l. c. n. 376. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1229. | Capitulum Ratisponense ordini Praedicatorum, in Ratisponensi civitate plantando, ecclesiam Sancti Blasii assignat. Acta Ind. II, vid. *Ried* l. c. num. 378. | | |
| 1229. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, agros quosdam in Schwenzrenthe (Schönreuth,) a Banzensi coenobio ad construendum vivarium pro vitae tempore obtinet. Act, Ind, II, vid. *Sprenger* l. c. pag. 351. |
| 1229 | Heinricus Semannus, Ratisponensis ecclesiae Canonicus, ad hospitale Sancti Johannis ultra pontem pro celebrando anniversario suo donat vineam in Wacherlingen (Berhing?) Acta Ind. II. | | |
| 1229. | Heinrici de Eperspiunt reversales super traditis sibi in censum bonis in Wizzndorf (Weissendorf praef. Abensberg) cum sigillo Ludovici, ducis Bavariae et Comitis de Rotenecke, in cujus comitatu bona sunt sita. Testes: Comes Chounradus de Wazzerburch, Meinhardus, Comes de Rotenecke, Chalhohus Comes de Chirchberch. Acta Ind. II. vid. *Ried* l. c. num. 377. | | |
| 1229. | Heinricus, Episcopus Brixinensis, et Albertus, Comes de Tyrol, pacem constituunt infra quosdam terminos, a castro Newnburch usque ad terminos Tridentini Episcopatus, et ex alio latere usque ad lacum in Mittenwalder | | |
| 1229. | Echebertus, Babenbergensis Episcopus, cum Henrico de Hega convenit de aequali divisione liberorum ex hominibus Babenbergensibus et Tegernseensibus. | | |
| 1229. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Echebertus, Babenbergensis Episcopus, feudat altare in monasterio Sancti Petri Bambergae in honorem Jesu Christi et Virginis Mariae. Datum Pontif. anno, XXVII. |
| 1229 circiter | Ratisponense (XXII. Canonicorum) Capitulum ad electionem novi Praepositi conveniens, ordinat, ut admi- | H... Abbas in Kaisheim querimoniam cum Udalrico et Ottone, fratribus | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1229. circiter. | nistratio rerum temporalium penes Capitulum remaneat, Archidiaconatus vero Praepositurae annexus consistat, et in recompensationem administrationis nova electo prima ecclesiarum vacans, praepositurae perpetuo adhaesura, adsignetur.<br>vid. *Ried* l. c. num 379. | Eberhardi in Wellenwart nepotibus, super curia in Motingen, terminat | |
| 1229. circiter | Conradus Abbas in Ensdorf antecessoris sui Rudegeri traditionem praedii Ravolfesprucke in manus fidelis cujusdam Gnanno dicti factam, confirmat,<br>(M. B. XXIV. p. 45.) | | |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Compositio inter Hermannum Episcopum Herbipolensem et Rupertum Comitem de Castele, qua Comes Rupertus renunciat claustro Swarzach, infra septa muri exterioris, cum domibus et agris sitis intra monasterium, villae Gerlaheshusen (Gerlachshausen), decimae in Bernheim, bonis in Kleinfeld et Harbach; Episcopus contra Comiti in feudum confert advocatias villarum Schonebach (Hirschschönbach), Laube, (Laub), Ritpotesdorf (Rempelsdorf), Osthusen (Atzhausen), Tiennbach (Tiembach), Strellbach (Strelhof), Echfelt (Eichfeld) Northeim, Ostheim, Volcahe, et decimas in Wisenprunnen. Limites inter Kastele, Ypphehofen (Iphofen) et Swaneberk per arbitros definiuntur, et pro satisfactione rapinarum et incendiorum Episcopo castrum Hellebergh (Hallburg) offertur. Testes: Otto majoris et Novi Monasterii Praepositus, Arnoldus Decanus, Ludewicus Dux Bawariae. Acta XV. Kal. Februarii (18. Jan.) |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ekkebertus, Babenbergensis Episcopus, Langheymensi ecclesiae tradit bona in Runemundesrout (Romersreuth, praef. Lichtenfels) a Comite de Bichelingin, et Heinrico de Sunnenberc, ejusdem Comitis subvasallo, resignata. Act. in purificatione beatae Mariae (2. Februar), dedicationis die eorum, qui bona dederant hospitae.<br>vid *Ussermann* pag. 140.<br>*Spiess* Aufkl. pag. 228. |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem tradit praedicto coenobio bona in Wcheym (Buchheim) et Juteurut (Geutenreut praef. Weismain) Act. Ind. III, IV. Id. (8.) Februarii. |
| 1230. | Fridericus II. Romanorum Imperator, privilegia a patre suo, Heinrico Imperatore, monasterio Tegernseensi concessa (vid. MCXCIII) roborat. Acta mense Aprilis Ind. III. anno Imperii X. Regni Jerusal. V. Sicil. XXXII. Dat. apud Fogiam eodem. (M. B. VI. 205.) | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | W . . . Novi Monasterii Decanus confratri Heinrico Pullo confert quandam vineam incultam in Rotendorf. Acta VII. Id. (9.) Maii. |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni, Herbipolensis Episcopi consensu, Gebehardus, Onoldesbacensis ecclesiae Canonicus, Sancto Gumberto in Onolsbach donat domum et arcam suam juxta superius cimiterium sitam, XVIII. jugera, III. quercui vicina, II. juxta agros Enzonis, III. juxta Leingrube, I. in Lerchenbere juxta Grawende, IX. ante silvam ejusdem montis, insuper domum aliam versus molendinum superius sitam, cum duobus hortis, et pistrinum domui suae contiguum. Act. IV. Id. (12.) Maii, Pontif. anno VI. Testis: Arnoldus, Decanus majoris ecclesiae Herbipolensis et Praepositus Onoldesbacensis. |
| 1230. | Eberhardus Salisburgensis Archiepiscopus, et Sifridus, Ratisponensis Episcopus, judices a Pontifice delegati, alienationem et infeudationem Frisingensis civitatis irritam pronunciant. Datum apud Sanctum Germanum sexto die stante mense Junio (9. Jun.) Pontif. Gregorii Papae IX. anno IV.<br>vid. *Meichelbeck* II. pag. 7. | | |
| 1230. | Gregorius Papa IX. Ratisponensi Episcopo facultatem impertitur, dispensandi clericos concubinarios civitatis et dioecesis Ratisponensis. Dat. Laterani V. Non. (3.) Julii, Pontif. anno. IV.<br>vid. *Ried* l. c. num. 380. | | |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Henricus Romanorum Rex Peregrino Abbati de Wilzeburc confirmat bona in Ruderen. (Riedern praef. Gunzenhausen). Dat. apud Wirziburc, III. Id. (13.) Julii. Ind. III. Testis: Gotfridus de Hohinloch. Ulricus de Spilebere.<br>vid. c. *Schütz* l. c. p. 70. num. 32. |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | S . . . (Sifridus) Sacrae Moguntinae Sedis Archiepiscopus ex mandato O . . . Apostolicae sedis Legati, Episcopo Babenbergensi pro damnis ecclesiae Herbipolensi illatis in die apud Smalkalten mille marcas argenti persolvendas imponit. Testes: Comes R . . . (Rupertus) de Kastelle, Puticularius de Nurenbere. Actum XIV. Kal. Septembris (19. August.) Ind. III. Pontif. Archiepiscopi Sifridi anno XXIX. Datum Smalkalten. |
| 1230. | Friderico Imperatore approbante, Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, capitulo suo cavet, de vacante nuper advocatia possessionum capituli in Halle (Rei- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1230. | chenhalt), Feitingen (Petting), Saldorf (Saaldorf) et Sundergut ulterius non reinfeudanda. Testes: Otto Meraniae Dux. Rapoto Comes Palatinus Bavariae. Heinricus frater ejus, Comes de Ortenberc. Acta apud Sanctum Germanum mense Augusti. Ind. III.<br>vid. *Lünig* Spic. Eccl. Cont. III. p. 768. | | |
| 1230. | Gregorii Papae IX. mandatum contra nobiles viros O. et L. de Owe, Augustensis Dioecesis, Episcopum Ratisponensem in advocatia ecclesiae de Broule injuriantes. Dat. Anagniae VII. Kal. Octobris (25. Septemb.) Pontif. anno IV.<br>vid. *Ried.* l. c. num. 381. | | |
| | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Herbipolensis Episcopi consensu Capitulum majoris ecclesiae advocatiam bonorum in Stetten et Rezstadt, a nobili viro Ottone Comite de Botenlouben, et advocatiam cujusdam curiae in Heselere (Heslar), quae Vorwerch dicitur, a Fuchselino de Rurelburc, Episcopi fideli, emtionis titulo, acquirit. Testes: Arnoldus Decanus. Degenhardus de Houge Praepositus. Actum Ind. III. Bopponae de Henenberc Burgravio de Wirceburc. |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Rudolphus de Hohenrelt Ebracensi monasterio tradit castrum dimidium in Bischofeswinden (Bischwind) cum aliis bonis in Vochence (Vögnitz) et in Stockheim. Testes Albertus Dapifer. Albnus Pincerna. Actum Ind. III. Pontif. Hermanni Episcopi anno VI. |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Concordia inter dominum Episcopum Herbipolensem ex una et Comitem Bopponem Burgravium Herbipolensem ex altera parte super successione in bonis Comitis Bertholdi de Hennenberc, qua Comes Boppo renunciat omni juri in civitate Meiningen cum villis: Berbodes (Berbach), Wolpahe (Wollbach), Breberc (Breyberg), Erbrechteshusen (Erbprechtshausen), Eberrbach, bonis in Himmelstadt, decimis in Ischershusen et Willebrehteshusen (Willprechtshausen), advocatiis in Mellrichestadt et in Stöckheim. Acta apud Wirceburc VI. Kal. Novembris (27. Octobr.) Ind. IV. Episcopatus Hermanni anno VI. |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, ex mandato Sophiae Marchionissae, pro anniversario mariti sui ad ecclesiam in Dyezen legat decimam in Franconia et in Bohemia. Acta Ind. III. (IV.) VIII. Id. (6.) Novembris apud civitatem Sheheliz. (M. B. VIII. 177.) |
| 1230. | Heinricus Romanorum Rex conventui in Waldsassen concedit jus metalli fodinarum. Act. apud Spie- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1230. | gilbero VI. Kal. Decembris (26. Novemb.) Testis: Dux Meraniae. | |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1230. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1230. | Heinricus, Brixinensis Episcopus, cum Meinardo, Comite de Gorizia commutat pueros Fulberi de Riffenberch, pro Conrado, filio domini Marquardi de Valdes. In praesentia domini Comitis Tyrolensis, Brixinensis ecclesiae Advocati. | |
| 1230. | Sententia in causa nobilis hominis Heinrici de Starcholtzhofen contra Capitulum Frisingense, pro stipendiis patris sui Wernhardi ex antiqua praebenda, coram Episcopo Geroldo lata, et Capitulum plene absolvens. Acta Frisingae praesentibus: Ludovico Duce Bavariae, Ottone Comite de Grunebach, Hoholdo nobili de Wolnzatza, Alhardo de Bisingen, | |
| 1230. | . . . . . . . . . | Coram Sibotone, Augustensis ecclesiae Episcopo, Hermannus nobilis de Rim- |



## Franconica.

Boppo, Comes de Hennenberg et filius ejus Henricus, propter injurias ecclesiae Herbipolensi illatas eidem in feudum offerunt castrum Luterberg et villas Swergrenhof, Plesten, Borvelt, Utenhausen, Auerbach, Gumbrechteshusen, Eschelbuer, Volchrichshusen, (Völkershausen) situm in officio Struphe. Testes: Arnoldus Decanus, Comes Rupertus de Castele, Comes Otto junior de Botenlouben, Cunradus de Struphe Marscalcus. Acta Ind. IV. VII. Id. (7.) Decembris, Episcopatus Hermanni anno VI.

Nobilis Vir Otto junior Comes de Botenlube Hermanno Episcopo Herbipolensi vendit castra sua Hiltenberg et Liechtenberg. Acta Ind. IV. mense Decembri apud Wirzeburc, praesentibus: Arnoldo Decano, Hermanno Magistro domus Theutonicorum Sanctae Mariae in Iherusalem, Ruperto Comite de Castele, Hartmanno de Habesberc,

vid. v. *Schultes* diplomatische Geschichte der Grafschaft Hennenberg I. Theil pag. 651.
*Grebner* Compend. historiae Pars II. pag. 1076.

Hermannus Herbipolensis Episcopus Hermanno Banzhensi Abbati locat aream quandam ab Hermanno Hirzhelder comparatam, cum area adjacente proxima in civitate Ebern. Testes: Volgerus Dapifer de Salzbere. Zobelo de Grunevelt. Actum Ind. IV. Episcopatus Hermanni anno VI. in bivio montis Houge.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1230. | | henburc, ministerialis suus, Conrado Abbati in Kaisheim pro octoginta marcis argenti vendit praedia quaedam in villa Memmingen et in villa Zimbern. Acta in majori ecclesia Augustae. Testes: Heinricus de Algishusen, Praefectus civitatis, Heinricus de Sevelt, Episcopi Patruus, Ysenricus de Waldegge, Sororius ejus. | |
| 1230. circiter | Wernherus Plebanus et Decanus, praedium, quod habebat in Perge, tradit Sanciae Mariae in Ryemesae. | | |
| 1230. circiter. | Conradus Gurro Dominus de Hag, Augiensibus donat duas curtes in Pabenheym. (M. B. I. 226.) | | |
| 1230. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Kunradus Rebedorfensis ecclesiae Praepositus Ilsungo in Prule confert aream ibidem etiam cum pomerio. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Romanorum Rex ex quaestione apud Wormaciam in curia solenni prolata sententionaliter edicit, quod nulla civitas, nullum oppidum, conventiones, colligationes, confoederationes vel conjurationes aliquas sine Domini sui assensu facere debeat. Testis: Otto, Comes Palatinus Rheni. Data apud Wormaciam XI. Kal. Februarii (23. Jan.) Ind. IV.<br>vid. *Schannat* historia Wormatiensis prob. pag. 109.<br>*Lünig* part. spec. Contin. IV. Th. I. pag. 2. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Forma conventionis inter Dominum Hermannum Episcopum Erbipolensem et Dominum Conradum Abbatem Fuldensem, de mutuis connubiis ministerialium, et non vendendis castris Lichtenberc vel Hildenburk nisi praevia oblatione juris protimiseos utrique parti facta. Acta Ind. IV. XVI. Kal. Martii, (14. Februar) apud Wirceburc.<br>vid. *Schannat* Dioec. Fuldensis pag. 274. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Forma concordiae inter dominum Episcopum ac clerum Herbipolensem ex una parte, et fratres Praedicatores Herbipoli constitutos, ex altera parte. Acta in Herbipoli Ind. IV. XIII. Kal. Martii (16. Feb.) pont. Hermanni anno VI. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Godefridus Camerarius Burchardo in platea de Randersacker confert bona apud ecclesiam superiorem, duas particulas vinei Buderen, Rezzelberc et apud Nuwenwege. Acta Ind. IV. IX. Kal. Martii, (21. Februar.) |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1231. | Gregorii Papae IX. mandatum, ne clerus Ratisponensis pro contrahendo mutuo sigilla sua, seu litteras sigillatas amicis concedat. Dat. Reat VI. Non. (2.) Martii. Pontif. anno V. | | |
| 1231. | Sententia in causa B . . . et Magistri G. Augustensium Canonicorum, super jure praesentandi Steingadensium ad ecclesiam Bitengowe. Lata II. Kal. Aprilis (31. Mart.) in ecclesia Rotenbach. „Ego G . . . Scolasticus Constantiensis, quod sigillum penes me non habui, *propria manu subscripsi.* | | |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Braho, Decanus majoris ecclesiae in Babenberg. Sancto Georio ibidem delegat duos servos suos. Fact. VII. Kal. Maii (25. April.) |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinrici Regis leges regni fidelibus statutae. Data apud Wormaciam in curia solempni Kal. (1.) Maii Ind. IV. Confirmatae per Fridericum in foro Julii apud Sibidatum, mense Majo MCCXXXII. Datum apud Utinum.<br>vid. *Schannat* hist. Worm. p. 111.<br>*Ludewig* Reliqu. VII, pag. 216. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | A . . . Magdeburgensis ecclesiae Archiepiscopus Hermanno Episcopo Herbipolensi communicat sententiam, in re monetaria a Serenissimo Romanorum Rege Wormaciae latam. Data apud Frankefurta VI. Non. (2. Maii) Ind. IV. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ludewicus de Rubeneche Hermanno, Herbipolensis ecclesiae Episcopo, acceptis ab ipso LXV. marcis, in feudum offert medietatem castri in Rubeneche, (Rauneck praef. Ebern) cum bonis in Brenbere, Marbach, Herleibesdorf, (Heilgersdorf), Hanresuahe, Gozmarsdorf (Gosmannsdorf.), Gemeinvalt, Tabernarsdorf Vrihendorf, Ebern, Tregemarsdorf (Trabelsdorf), Sande, Lintache (Lindach), et Heinebach. Acta IV. Id. (10.) Juni. Ind. IV. Episcopatus Hermanni anno VI. apud Ebiren. |
| 1231 | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Nobilis vir Hermannus de Rubeneche (frater Ludovici) cum uxore sua, domina Logardi, Hermanno Herbipolensis ecclesiae Episcopo in feudum offert bona sua in Albersdorf, Immenwinden, Birchehe (Birbach), Tabermannsdorf, Gotzmannsdorf et Frickendorf. Acta II. Id. (12.) Junii Ind. IV. Episcopatus Hermanni anno VI. apud Rubeneche. |
| 1231. | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, ecclesiae Diezensi donat omnia bona sua eidem proxime | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1231. | adjacentis. Datum apud Girch. VIII. Kal. Augusti. (25. Julii). (M. B. VIII. 178. | | |
| 1231. | . . . . . . . . . | Sibato, Augustensis Episcopus, in causa Abbatis Caesariensis et militis de Ostheim, qui cognominatur Gebore, jus patronatus ecclesiae in Ostheim (ad fumen Woernitz) memorato Abbati adjudicat. Dat. Augustae VIII. Kal. Augusti (25. Julii). | |
| 1231. | . . . . . . . . . | Heinricus, Romanorum Rex, praedia monasterii Sancti Udalrici Augustae, a duobus ministerialibus suis Adalberone et Sifrido in villis Bonstetten, Voctewiler (Vogtweiler) et Rustin (Reithen) comparata, in advocatiae suae protectionem suscipit. Datum apud Nurenberch V. Id. (9.) Augusti. Ind. IV. (M. B. XXII. 206) | |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto Praepositus, Arnoldus Decanus et totum Capitulum Herbipolense confratri Gotefrido Kiselingo conferunt advocatias in Steten et in Rezzat (praef. Carlstadt). Datum III. Kal. Septembris (30. August.) |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus nobili viro Alberto de Entse conjugique ejus Hedewigae reddit castrum Entse, sibi pro CL. marcis venditum, pro parte praecipua sub titulo feudali, reservata sibi communitate loci, in quo fuit civitas quondam sita, foresti in Rennehere et Musersbuhel et pascuorum in omni Gemerkmerke. Testes: Arnoldus Decanus, Eberwin Scultetus de Bernheim, Zobelo de Grunsvelt. Actum anno Augusto. Ind. IV. Episcopatus anno VI. |
| 1231. | Pactum inter eosdem de juribus in civitate Diessen. Act. Ind. IV. Dat. in Insprucke. V. Id. (9.) Novembr. in expeditione curiae Ravenatis. (M. B. VIII. 179) | | |
| 1231. | Gregorius Papa IX. compositionem amicabilem inter monasterium Pruvinense et L. Ducem Bavarie clarae | Idem Sibothoni, Augustensi Episcopo, confirmat privilegium super medie | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1231. | memoriae, super castro Abbac confirmat. Datum Reate X. Kal. Decembris, (22. Novembr.) Pontif. anno V. (M. B. XIII. 202. | tate precariorum seu collectarum, a civibus Augustensibus exigendarum. Act. apud Ulmam X. Kal. Decembris (22. Novembr.) Ind. V. | |
| 1231. | Idem Salisburgensi Archiepiscopo et de Admont et Molh Abbatibus committit, ut Ducem Bavariae, castra, villas et bona ecclesiae Frisingensis indebite occupantem, clericos civitatis et dioeceseos annuis tributis censentem, jus ecclesiae Frisingensis in ipsa civitate Monacensi sibi usurpantem, et bona capituli ubique devastantem — per ecclesiasticam censuram ad satisfaciendum adigant. Datum Reat VI. Kal. Decembris, (26. Novembr.) Pontif. anno V. | | |
| 1231. | Idem monasterium Pruviniense sub beati Petri protectione suscipit, et villam in Chunigesvisen et curtes a L. quondam Duce Bowarie et consentiente nato O. donatas confirmat. Datum Reate III. Kal. Decembris (29. Novembris) Pontif. anno V. (M. B. XIII. 202.) | | |
| 1231. | Friderici II. Romanorum Imperatoris constitutio de non alienandis bonis ecclesiae in Tegernse. Acta mense Decembris Ind. V. anno Imperii XII. Regni Jerusal. VII. et Sicil. XXIV. Dat. in Civitate Ravenne eodem. (M. B. VI. 207.) | | |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus in fundo ecclesiae villae Himmelstat monasterium fundat monialium, Coeliporta nominatum, secundum institutionem ordinis Cisterciensium. Acta Ind. IV. Episcopatus anno VI. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Domino Arnoldo, Abbati in Scontal, confert medietatem decimae in Biringen, a Craftone de Crutheim resignatam, et Episcopo per bona in Nuwenstetten (Niederstetten) resarcitam. Testes: Thegenhardus Praepositus in Houge. Elgherus Decanus in Honolspac. Heinricus Notarius Episcopi. Rupertus Comes de Rosiele. Facta Ind. IV. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1231. | Heinricus, Eistetensis Episcopus, Coenobio in Cesarea concedit ecclesiam in Egwil. Acta Ind. IV. | | |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinrici Romanorum Regis consensu Cunradus de Winsperc quasdam proprietates Herbipolensis ecclesiae, sibi a nobili domino H. . . de Bohesperc in subfeudum collatas, cedit Marchioni de Baden, et ecclesiam Herbipolensem indemnem praestat ex patrimonio suo in Sindringen, utroque Zwiselingen, Wolmutteshusen, Thieffentale, Schellenberc et Holzwiler. Acta Ind. IV. |
| 1231. | Otto, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae in Alderspach, Cisterciensis Ordinis, confert decimas suas in Landaw et in Tehhendorf. Dat. Ind. IV. (M. B. V. 371.) | | |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Bertholdus Aquilejensis et Sancti Stephani in Babenberc Praepositus, collegiatae huic ecclesiae ibidem dotat decimas in Isensheim (Oberrieseneheim) et jus patronatus parochiae ibidem, pro suo et Hermanni Herbipolensis, et Eckeberti Babenbergensis Episcopi anniversario. Acta Ind. IV. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Karolus de Lichtenstein pro damno, monasterio Banzensi illato, praedium in villis Banze (Altenbanz) et Meimoldesdorf offert. Act. Ind. IV. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Eberhardus de Ratelsdorf ad obitus sui recordationem Hermodo, Abbati in monte Sancti Michaelis in Babenberg, offert duos mansos dimidios in Gremesdorf (Gremsdorf) a Wermodo de Erlach redemtos, et vineam, Kamerad (Kameraden Weinberge in Bamberg) dictam. Act. Ind. IV. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, Palatinus Comes Burgundiae, pro remedio animae felicis memoriae Beatricis, conjugis suae, Banzensi ecclesiae dedicat advocatiam villae Unruhestorf (Unnersdorf, praef. Banz.) Act. Ind. VI. vid. *Sprenger* l. c. pag. 357. |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Boppo, majoris ecclesiae Babenbergensis Praepositus, beato Georgio et beatae Chunegundi tradit novam villam, in confinio civitatis Beirruth sitam, cui ipse nomen villae Sanctae Chunegundis indidit, (hodie Ramsreuth) fratruele suo, O. . . Duce Meraniae consentiente. Act. publice in choro Sancti Petri Ind. IV. |
| 1231. | Universitas Capituli Praelatorum totiusque Cleri Frisingensis dioecesis Episcopum Conradum obtestatur, ut statim velit reverti, eum quo contra minas Ducis Bavariae protegere, qui per Praepositum de Ilmünster et Mareschallum suum F. de Remensten, omni excommunicationi vel interdicto, speciali Pontificis mandato carenti, vehementer contradicere non veretur. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1231. | Wernhardus Castellensis Abbas prædiis in Mintle, Leuterhaven, Eisingisfeld et Ruezenfeld, fratres monasterii sui ditat et lebenaderict. Acta Ind. IV. (M. B. XXIV. p. 227.) | | |
| 1231. | Chunradus, Frisingensis Episcopus, Hedwigi de Hammera feuda sua, duas videlicet curias in Werhola (Firholzen, præf. Freysing.) et unam in Tattenhusen (Titzenhausen?) ad vitae tempus renovat. vid. Meichelbeck II. Instr. pag. 2. | | |
| 1231. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram fratre Theoderico, Commendatore domus Theutonicae per Allemanniam, Otto Comes de Hittenberg, Sancti Kiliani Canonicis apud Wirceburg uxorem suam tradit ministerialem. Acta Ind. IV. praesentibus: Ottone Praeposito, Arnoldo Decano, Sigillatores: Hermannus Episcopus Herbipolensis, Frater Wismannus, domus Theutonicae in Wirceburg Commendator. |
| 1231. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo, Abbas Banzensis contra Eberhardum de Meinoldsdorf, decimas ex monte Banzberc (Banzberg.) sibi ex Marchionis Hermanni aliorumque privilegiis attinentem, comprobat. Act. Ind. V. XVII. Kal. Novembris (16. Octobr.) Vid. *Sprenger* l. c. pag. 334. |
| 1231. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Ottoni Seniori de Botenlauben ejusque conjugi, Dominae Beatrici, cedit locum Berchorderode, ad erigendum ibidem coenobium mulierum, receptis in recompensam bonis in villa Egenhusen. Testis: Arnoldus Decanus. Actum Mense Novembri Ind. V. Episcopatus anno VII. Vid. *Ussermann* l. c. prob. 96. |
| 1231. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Imperator, ecclesiam in Ahusen (Auhausen) sub protectione sua et Imperii recipit. Dat. Ravennae mense Decembri Ind. V. Vid. v. *Schütz* l. c. p. 71. n. 33. |
| 1231. | . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus, filius nobilis viri Domini Wolfmudi de Speheralt piae memoriae, et Cunigunda uxor, ecclesiae in Heidenvelt vendunt advocatiam medietatis villae in Heidenvelt et Hirzforthe (Hirschfeld), advocatias totales in Dechelm, Spiezsheim, Gernahe (Gernach), Herrous (Hergolshausen), Opphesheim, (Opferbaum,) pro quadraginta sex marcis argenti; Bopponi autem Comiti de Hennenberc, domino suo feudali, et Hermanno Wirceburgensi Episcopo, in restaurum proventuum istorum, ad XXXVI. talenta et X. solidos aestimatorum, assignant bona in Bibert, Northeim, Cottenheim, Hoesteten (Hofstetten), Eschelheim, Grosholzheim, Birckheim, et Wingerheim. Testes: Regenhardus Praepositus in Houge, Conradus Advocatus de Heidevelt, Herrwicus Magister coquinae. Acta Ind. V. Pontif. Hermanni anno VII. |

| Anno. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX. Clero Moguntino commendat monasterii Coeliportae, Cisterciensis ordinis, defensionem contra invasores decimarum, quas ante concilium generale possedisset. Datum Laterani Pontif. anno IV. (Charta dubia, coenobio quippe hoc demum anno fundato.) |
| 1231. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinrici Custodis majoris Herbipolensis ecclesiae notitia de duobus cubiculis ante fores, Henrico quondam de Goslaria collatis, quorum unum ad potestatem hospitalis Sancti Iohannis in Sande devenisset. Testes: Otto major Praepositus. Arnoldus Decanus. |
| 1231. circiter. | Ulricus Comes de Velburch renunciat juri suo super castro et praedio in Helfenberg, a Wirntone per Ottonem, patrem Ulrici, in beneficium accepto, resignans illud ecclesiae Ratisponensi. | . . . . . . . | G. . . Comitissa de Esvelt filiam seniorem Conradi Advocati in Heidenvelt, nomine Mechtildem, Sancto Kiliano facit ministerialem. Facta praesentibus Comite Gevehardo et filio Gerardo de Tollenstein. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX. monasterio de Ahusen concedit, ut tempore generalis interdicti clausis januis divina officia celebrare possit. Dat. Reatae XI, Kal. Februarii (22. Januar) Pontif. anno. V. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Abbatem et Conventum dicti monasterii liberat ab omni decima ex novalibus. Ibidem IX, Kal. Februarii (24. Januar.) |
| 1232. | Gregorius Papa IX. Albertum Comitem de Bogen, ad defensionem fidelium, in partibus Prussiae Domino militantium, compellit. Datum Reatae IV, Kal. Februarii, (29. Januar) Pontif. anno V. (M. B. XIV. 43.) | | |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem dicto monasterio incorporat parrochialem ecclesiam in Ahusen. Dat. ibidem III, Kal. Februarii (30. Januar). |
| 1232. | - Idem Ducem Bavariae, ut fratres Praedicatores contra haereticos in Alemannia destinatos benigne recipiat, admonet. Datum Reatae II, Non (4.) Februarii. Pontif. anno V. | | |
| 1232. | Conradus, Comes de Wasserburg, donat Atilensibus jus patronatus in Laubendorf. Datum in Castro Wazzerburch XV, Kal. Martii (15. Februar.) (M. B. I, 282). | | |
| 1232. | Gregorius Papa IX. Albertum, Comitem de Bogen, in subsidium fidelium Prussiae cruce signatum, sub beati | | |

 

| Anno. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | Petri protectione suscipit. Dat. Reate XIV. Kal. Martii (16. Febr.) Pontif. anno V. (M. B. XIV. 45.) | | |
| 1232 | . . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Romanorum Imperator Catharos et omnes haereticos perpetua damnat infamia, diffidat, bannit et bonis interdicit. (Ex Arch. Herbip.) Datum Ravennae XXII. Februarii, (22. Feb.) Ind. V. |
| 1232. | Heinricus Comes de Altendorf, consanguineo suo Heinrico, illustri Comiti de Ortenberch, obligat possessiones suas Mühlbach (Mühldorf), Niuenmarkt, Novam civitatem (Neustadt), villas et bona Lind, Egerdach, et plures curias in Pulenreuth (Wolnreut), Trahkiureth (Deuhenreut), Runrut (Rohnreut), Au . . . . . ruit, Malesruth, pro M. libris monetae Ratisponensis. Act. Ind. V. apud Nepurch VIII. Id. (8) Martii. | | |
| 1232. | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, a ministeriali suo, Chunrado de Hohenvels, recipit castrum in Valkenstein, advocatiam in Umelhoven et feodum Lupi de Lengvvels, in quorum recompensam ipsi castrum in Hellenberc in feodum concedere et centum libras dare promittit. Testis: Fridericus de Truhendingen. Acta in Augusta Ind. V. XIV. Kal. Aprilis (19. Mart.) Vid. *Ried.* l. c. num. 382. | | |
| 1232. | Albertus, Comes de Pogen, in procinctu itineris ad sepulchrum Domini Dei nostri, monasterio Sancti Petri in Altah superiori donat patronatum ecclesiarum in Hasselbach, Chuncelle et Leusendorf. Datum in Castro Naternberch Ind. V. VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.) in annunciatione beatae virginis. (M. B. XII. 125.) | | |
| 1232. | Fridericus, Romanorum Imperator, principibus suis proscriptionem haereticorum ex universa Alemannia a se factam esse renunciat. Datum Ravennae mense Martii Ind. V. | . . . . . . . | Idem praecipit, ut cuncti haeretici per inquisitores, ab Apostolica sede datos, denunciati, capiantur et judicentur, et fratres ordinis Praedicatorum de Wirceburg, pro fidei hoc negotio in partibus Theutoniae deputati, sub speciali defensione recipiantur. Datum Ravennae mense Martii Ind. V. |
| 1233. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Albertus Dominus de Rotenvels (Grunbach) Heinrico, filio Rudegeri de Bitzingen, in feodum confert advocatiam de proprietate ipsius. Acta Rotenvels VI. Kal. Maii (26. April). |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1232. | Liberi ex filia Thuringi de Sterenigen, Salzburgensis, et Cunradi Steychirchen, Ortenburgensis ministerialium, inter Comitem H. de Ortenberch, et Archiepiscopum Salisburgensem aequaliter dividuntur, consentiente Eberhardo, Archiepiscopo Salzburgensi. Acta apud Civitatem (Cividad.) MCCXXXIII. (1232?) Ind. V. Dat. ibidem V. Kal. Maii (27. April.) confirmante Friderico Imperatore. Dat. apud Utinum (Udine) MCCXXXII. mense Madii (Maii) Ind. V. | | |
| 1232. | Fridericus, Romanorum Imperator, in generali curia apud Sibidatum, Cunradum Comitem de Wasserburg, et complices ejus, Gebehartum de Scichingern, Ottonem de Aschau, Steudelin de Rosenheim, Geruncum de Laiming, Gebehartum de Schönstädt, Wernardum de Feilenbach &c. qui Seifridum, Episcopum Ratisponensem et Imperialis aulae Cancellarium apud Ravennam existentem, spoliaverant, communi principum sententia proscribit. Testes: Patriarcha Aquilegensis. Salisburgensis Archiepiscopus. Babenbergensis, Herbipolensis, Episcopi. O. Meraniae, et B. Karinthiae Duces. Comes Henricus de Ortenberc. G. et C. de Hohenloce, aliique. Acta mense Maii, Ind. V. anno Imperii XII. regni Jerusalemi VII. et regni Siciliae XXXIV. Datum apud Portum Naon.<br>Vid. *Ried.* l. c. num. 385. | . . . . . . . . | Fridericus Romanorum Imperator, apud Portum Naonis in solenni curia, ad Hermanni Herbipolensis ecclesiae Episcopi conquestum, Albertum de Entse, castrum Entse violenter occupantem, proscribit. Testes: B . . Patriarcha Aquilegensis. E. . . Papinbergensis, S. . . Ratisponensis, Imperialis aulae Cancellarius, Episcopi. Acta mense Maii. Ind. V. anno imperii XII. regni Siciliae XXXIV. Datum apud Portum Naonis. |
| 1232. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Rainerius, Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis, tamquam mediator inter Episcopum Herbipolensem apud sedem Apostolicam constitutum, ex una, ac fratrem Godefridum aliosque fratres Praedicatores Herbipolenses ex altera parte, compositionem olim Herbipoli conclusam (16 Feb. 1231.) irritam declarat novamque concordiam stabilit. Actum Spoleti XIV. Kal. Julii (18. Junii) Pontif. Gregorii Papae IX. anno VI.<br>Confirmatio Gregorii Papae IX. Data Spoleti Id. (15.) Julii. |
| 1232. | Abbas de Rot per judices delegatos contra Wernherum clericum in possessionem ecclesiae de Rohdstingen (Hötzling) immittitur. In octava Johannis Baptistae (1 Julii.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Frater H. . . Praeceptor domus hospitalis Theutonicorum sanctae Mariae in Wirceburch, profitetur, W. . . de Dozze et Wichmanno fratribus ejusdem domus, de pretio mille marcarum argenti, ab Episcopo Herbipolensi pro praediis suis in Charleburch (Karlburg) Uezehrim (Eussenheim) et Rieden stipulato, per Abbatem et capitulum Fuldense quingentas marcas esse solutas. Factum II. Non. (6.) Julii, Ind. V. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, Palatinus Comes Burgundiae, Hermannum de familia Banzensis coenobii, contra Eberhardi de Sunnenberc impetitionem, securum esse jubet. Act. in castro Lichtenvels VIta videlicet feria, quae erat XVII. Kal. Augusti (16. Julii.) Ind. V. vid. *Sprenger* l. c. pag. 361. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Helmericus, Abbas Tharisensis, monasterio in Lancheim de gratia Eggeberti, Babenbergensis Episcopi, vendit praedium suum in Rode (Roth, praef. Lichtenfels), hoc est quinque Lehin et dimidium. Dat. Ind. V. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus in loco Bergbeshrunnen coenobium sanctimonialium, Cisterciensis ordinis, cui nomen imponitur Fons Virginis, instituit. Facta Ind. V. Pontif. Hermanni anno VI. vid. *Stumpfs* Denkwürdigkeiten I. Heft pag. 28. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Abbas Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Sanctique Stephani protomartiris, Gertrudi, sorori Sifridi, confert quamdam curiam Herbipoli, a Friderico milite de Urbufen redemtam. Actum Ind. V. Boppone urbis praefecto. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus, exorta lite inter hospitale Sancti Johannis in Wirzburc et Conradum Sweigere civem ibidem, curiam hujusce in Eitleben, post decessum suum, Sancti Johannis hospitali adjudicat. Testes: Gothefridus Camerarius. Johannes Pincerna. Acta Ind. V. Episcopatus Hermanni anno VIII. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Lodewicus, Comes de Rieneche, in manus magistri Salomonis Canonici Herbipolensis, tradit villam et molendinum in Wolperch, ad construendum ibidem coenobium monialium Cisterciensis ordinis (Himmelthal). Acta Ind. VI. X. Kal. Decembris (22. Nov.) Pontif. Archiepiscopi Maguntinae sedis domini Sifridi anno II. vid. Gudeni Cod. dipl. P. I. pag. 515. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Concordia inter dominum Hermannum Episcopum Herbipolensem et Comitem Bopponem de Henneberch, mediante Domino Ottone Duce Meraniae, Palatino Comite Burgundiae, super castro et villa Lure (Lauer) et super jure venandi, piscandi et ligna secandi in villa Salzvorst, super silva Owicvelt, super novalibus et decimis in Salzvorst, super decimas in Hoheberch, super Rumarche, super silvis Eberbach et Grevenheim, super castro Steina (Steinach), super destructione vel divisione novorum castrorum et reddendo Episcopo castrum Ralwenberg; denique de se non intromittendo in advocatiam coenobiorum Vilsdorf (Weilsdorf) et Husen (Hausen) &. Acta apud Lure pridie Non. (4.) Decembris, Ind. VI. praesentibus: Domino Ottone Duce Meraniae. R. . . comite de Rastel. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus fratribus de Eberah appropriat sex mansos feudales in villa Spiesheim (Spiesheim), a Bertholdo de Spiezheim resignatos. Acta in mense Decembri, Ind VI, Episcopatus anno VIII. |
| 1232. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem viris nobilibus Gotefrido et Conrado fratribus de Hohenlohe concedit, ut ex parochia Munsteren, cujus ipsi haereditario jure sint patroni, coenobium monialium Cisterciensis Ordinis (Francnthal) instituant; cui confert ipse Episcopus bona sua in Enhesberge et Munsteren. Sigillator: Heinricus Commendator domus Teuthonicae per Alemaniam, dictorum nobilium germanus. Facta Ind. VI, Episcopatus anno VIII. vid. *Wibel* P. II. pag. 41. *Ussermann* cod. pag. 57. |
| 1232. | . . . . . . . . . | **Heinricus VII. Romanorum Rex,** confirmat, quae Heinricus de Hallindin et uxor sua, Bena, monasterio Caesariensi donaverit apud Egewilr, Uebermoottheven, Wezelsheim, Wachtsteine et Volperstetin. Testes: Marchio de Baden, Comes Heinricus de Ortenburc, Fridericus de Truhendingen, E... dapifer de Walpurc. Act. apud Nurenberc XIV. Kal. Novembris (19 Octobr.) Ind. VI. | |
| 1232. circiter. | Otto Dux ad milites, judices et officiales suos, ut cum fratribus Praedicatorum ordinis contra omnes haeresium pravitates exstirpandas fideliter cooperent. | | |
| 1232. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Christina de Hochsteth Sancto Georio in Babenberg tradit Hermannum et Adelheidim. |
| 1233. | Albertus, Comes de Bogen, cruce assumta, curiam suam in civitate Ratisponensi, in latere capellae S. Salvatoris sitam, cum omnibus angulis, in quibus erant officinae avi et patris sui, coquinae, stupae, solaria, spisegadem et alias camerulae, cum consensu matris Ducissae Ludmilae, et fratris Ottonis, Ducis Bavariae, donat fratribus minoribus ad capellam Sancti Salvatoris famulantibus. Facta MCCXXXIII. die Sancti Silvestri (31. Dec 1232.) in campo juxta Bogen, publicata primum in supe- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | cinri Stouffe, die circumcisionis (1. Januar 1253) coram sua matre, postea Ratisponae in octava beati Stephani (2. Jan.) in domo Gozwini, postremum denique in octava beati Johannis Evang. (3. Jan) in Abbach coram fratre suo. vid. *Ried* l. c. num. 329. | | |
| 1253. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus ad Conventum Sancti Jacobi Scotorum apud Herbipolim, ut in inclosoriis feminarum devotarum numerum ultra duas non suppleat. Data II. Id. (12.) Januarii. Ind. VI. Episcopatus anno VIII. |
| 1253. | Pactum Ottonis Bajoariae Ducis cum Abbate Rotensi de mancipiis mutuis. Dat. Landeshut XIV. Kal. Februarii (19. Jan). (M. B. I. 377.) | | |
| 1253. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Ottoni de Burgelin confert officium sculteti in Mellrichstadt, ad terminum duorum annorum gubernandum, cum censibus ibidem, telonio et ducatu, ac precaria Episcopali, nec non molendino apud Stockheim. Testes: O. . . Praepositus. A. . . Decanus. Actum XIII. Kal. Februarii (20. Januar) Ind. VI. |
| 1253. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem ecclesiae Onoldesbacensi confert advocatiam super praedia sua in Ottenhoven, (praef. Windsheim) a nobili viro Alberto de Gramlach Conrado de Nortenberg in feudum commissam, sed ab utrisque resignatam. Dat. Kal. (1) Februarii. Ind. VI. Episcopatus anno. VIII. Testis: Hertwicus, Domini Regis Magister coquinae de Rotenberg. |
| 1253. | Chunradus, Comes de Wasserburg, curtem suam Patrichsdorf tradit ad aram Sancti Sebastiani in Pfaffenwörde (Chiemsee). Facta in Castro Wasserburg, XVI. Kal. Martii (14. Feb.). (M. B. II. 299.) | . . . . . . . | Idem in causa Hermanni Banzensis ecclesiae Abbatis contra Eberhardum de Neimoldesdorf, decimas novali Banzberc in circuitu adjacentes, Banzensi Ecclesiae adjudicat. Act. Ind. VI. XVI. Kal. Martii (14. Feb.) vid. *Sprenger* l. c. pag. 364. |
| 1253. | Heinricus, Romanorum Rex, Episcopo Ratisponensi ratas habet donationes omnium proventuum, jurisdictionum et justiciarum ex cunctis Judaeorum in Ratispona degentium. Actum XIV. Kal. Marcii (16. Feb.) Datum apud Nurenberc Ind. VI. anno Regni XI. vid. *Ried* l. c. num. 337. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1233. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, elemosinas implorat pro novella plantatione ecclesiae in Oedinge (Altötting), cui ad instaurandos porticus et ambitus suos proprias non suppetant facultates. Dat. Salzburgii X. Kal. Martii, (20. Feb.) Ind. VI. | | |
| 1233. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Heinricus, Comes de Schwarzburg Senior, pro damnis a filio suo Heinrico domino Archiepiscopo Maguntinensi et civitati Erphordae illatis, ecclesiae Maguntinae offert oppidum suum Eichelburg, (praef. Kalenberg) jure feudali ad ecclesiam Herbipolensem respicientem. Acta VI. Non. (2.) Martii. |
| 1233. | Albertus, Comes de Bogen, advocatus Windebergensis ecclesiae, transfretationis iter aggressurus, dictae ecclesiae testamento dicat ecclesiam in Viechta et parochiam in terra Boemorum, dictam Schuetenhofen, cum villa adjacente Podmuchl. Facta VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.) (M. B. XIV. 46. 47.) | | |
| 1233 | . . . . . . . . . | Heinricus Romanorum Rex donationem Friderici, ministri de Nördlingen, ex praediis suis hospitali Sancti Spiritus apud Nördlingen factam, confirmat. Datum apud Werdam III. Kal. Aprilis (30. Mart.) Ind. VI. | |
| 1233. | . . . . . . . . . | Gregorii Papae IX. protectorium pro ecclesia Ottenburana. Dat. Laterani XVII. Kal. Maii (15. April.) Pontif. anno VII. | |
| 1233. | . . . . . . . . . | Idem Fridericum, Abbatem Campidonensem, cum monasterio sub beati Petri protectione suscipit usumque mitrae confirmat. Dat. ibidem et eodem. | |
| 1233. | . . . . . . . . . | Idem monasterium de Ursperch sub eadem protectione suscipit, ecclesiamque | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | de Celle (Mindelzell) confirmat. Dat. ibidem et eod. | |
| 1253. | Conradus, Comes de Wasserburg, in monasterio Rotae luminare fundat perpetuum. Acta XVII. Kal. Julii (16. Maii). (M. B. I. 377.) | | |
| 1233. | Testamentum Conradi Comitis de Wasserburg. Act. X. Kal. Junii (23. Maii). (M. B. I. 380.) | | |
| 1253. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Henrico de Altenhof cubiculario et Ludewico de Thungersheim ad unius anni terminum concedit teloneum civitatis Herbipolensis, quod Vihezoll dicitur. Testes: G. . . Camerarius. H. . . dapifer et Zobelo. Data VII. Kal. Junii (26. Maii) Ind. VI. |
| 1253. | . . . . . . . . . | Siboto, Augustensis Episcopus, ministeriales monasterii Sancti Uodalrici a petitione, pelliciarum et calceorum biemalium destitisse profitetur. Scripta et acta in mense Maio Ind. V. (VI.) (M. B. XXII. 205.) | |
| 1253. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX. ordinis Sancti Benedicti monasterium de fonte Virginis (Maidbronn) confirmat et in protectionem suam suscipit. Datum Laterani per manum Magistri Bartholomaei S. R. E. Vicecancellarii. XII. Kal. Julii (20. Jun.) Ind. VI. Pontif. anno VII. |
| 1253. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Mechtildi viduae Friderici Reguli, Episcopalis Curiae quondam Spisarii, concedit facultatem vendendi unum talentum de teloneo pecudum annuatim exhibendum, titulo feudali isti concessum. Testes: Heinricus Dapifer. Gotefridus Camerarius. Johannes Pincerna. Actum mense Junio Ind. VI. Episcopatus Hermanni anno VIII. |
| 1253. | Pueri ex Mechtilde, Jordanis de Lengiuveld filia, et Chunrado de Husen, inter Hildegardem, Abbatissam inferioris Monasterii Ratisponae et Heinricum Comitem de Ortenberc aequaliter dividuntur. Acta Ind. VI. Datum Ratisponae IV. Non. (2.) Septembris. | | |
| 1253. | Pertholdus, Abbas ad Sanctum Emmeramum ex septem jugeribus in monte Pentlingen versus Danubium | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | sitis, a Carolo Marescalco Ratisponensi resignatis, unum eorum ad runcandam vineam Heinrico agnomine Stromaier, ad vitae tempus concedit. Actum mense Octobris die XVIII. ejusdem. | | |
| 1233. | Albertus, Comes de Tyrol, curiam in Dorne, monasterio Steingadensi pertinentem, ab omni exactione Burggravii sui liberam declarat. Actum III. Kal. Decembris (29. Nov.) apud Tyrol. (M. B. VI. 520.) | | |
| 1233. | Gregorius Papa IX, Abbati de Planestetten aliisque mandat, ut caussam inter H. Ovarium (Auer) civem Ratisponensem aliosque laicos, et monasterium Sancti Emmerami, super quibusdam possessionibus, aeris et aliis rebus audiat et terminet. Datum Laterani XVII. Kal. Januarii (16 Decembr.). Pontif. anno VII. | | |
| 1233. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Sanctique Stephani Abbas, curiam in Sande juxta curiam Marquardi Nigri comparat. Acta Ind. VI. Boppone urbis praefecto. |
| 1233. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Walthero, Billungi de Bleichvelt civis Herbipolensis filio, confert octo jugera vinearum sita in Blesberc, et duo ac dimidium in Morsberc. Acta Ind. VI. Pontif. anno VIII. |
| 1233. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem confirmat transactionem inter ecclesiam Sancti Stephani et parochiam in Sande super terminis curiae cujusdam monasterio attinentis, et parochiae coemeterii. Testis: Otto major Praepositus. Act. Ind. VI. |
| 1233. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram eodem Marquardus de Bazenberc ecclesiae Banzensi resignat praedium feudale in Sleiphenhagen (Schleifenhan), pro sepultura filii sui Lupoldi. Act. Ind. VI. vid *Sprenger* l. c. pag. 366. |
| 1233. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Eckebertus, Babenbergensis Episcopus, Hartmudo, Sancti Michaelis Abbati, confert bona in Viberit (Viereth, praef. Bamberg) et Ruts (Rent, praef. Schesslitz), ab Hermanno de Viberit coëmta et a consentiente Eberhardo de Sluzilberc, iisdem inbeneficiato, resignata. Act. Ind. VI. |
| 1233. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus monasterio Ebracensi appropriat quatuor mansos apud villam Spizesheim, a fideli suo Friderico de Spizesheim possessos. Testes: Magister Hermannus Scriptor. Comes Rupertus de Kastele, Hartwicus Magister coquinae. Actum V. Id. (9.) Novembris. Ind. VII. Episcopatus anno IX. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1233. | Henricus Romanorum Rex fratribus minoribus et ecclesiae S. Salvatoris Ratisponae adpropriat duo horrea prope ipsorum ecclesiam existentia. Dat. Werde. | . . . . . . . | Manegoldus (Comes) de Wilperch conventui in Coeliporta appropriat vineam quandam octo jugerum, sitam in monte Gibelo prope Himilstat, quam miles Gebehardus de Halsheim ab ipso in feudo tenuerat. Testis: Johannes Pincerna. |
| 1233. | Lis inter Sancti Andreae Praepositum et ejusdem ecclesiae capitulum super officiis Prinamt, Slahtamt, Pistrino et molendino, aliisque rebus, Episcopo Geroldo et domino M. plebano in Voburch mediantibus dirimitur. | . . . . . . . | Arnoldo, Abbati in Halesbrunnen, Volcmarus, Eistetensis ecclesiae canonicus, nunc dicti monasterii conventualis, duo praedia in Varenbach et in Specheim, (Spechheim, praef. Heilsbronn) praediolumque in Widegewendorf, ad celebrandum anniversarium, Sifridus autem de Nurinberg cognomento Pfinzing reditus praedii in Blindenhasela (Kleinhaslach?) assignat. |
| 1233. | Rugerus, Pataviensis Episcopus, fratribus de Reitenhasela liberum navium eorum Pataviae transitum indulget. Dat. Patavine Pontif. anno I. | . . . . . . . | Edelgerus Decanus et Capitulum in Onoldesbach Ulrico Cellerario et Gebhardo, canonicis suis, vendunt villam Wusendorf (Wüstendorf). Act. sub Hermanno Episcopo Wirceburgensi. vid. *Strebel Franc. ill.* pag. 206. |
| 1233. | Bernhardus de Wilheim juri patronatus in Thelphis renunciat. Act. Brixinae in Palatio Episcopali. | . . . . . . . | Engelhardus, Eistetensis ecclesiae canonicus, et domini Electi Eistetensis Procurator, a Jacobo, ecclesiae Sanctae Mariae canonico et Archiepiscopi Moguntinensis Procuratore, XLIV. marcas sterlingorum acceptas tulisse fatetur. Actum Anaguiae Pontif. Gregorii noni anno VI. (VII.) |
| 1233. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus de Truhendingen sanctimonialibus Coeliportae donat duo jugera pratorum et tria agrorum inter cellam suam et villam Himmelstat sita. |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus sorori Jutae in Eislebe, Cisterciensis ordinis, annuit, ut in loco Bonebah coenobium Monialium nomine Heiligenthal instituat. Data Kal. (1.) Januarii. Ind. VII. |
| 1234. | Gregorius Papa IX. in causa monasterii Sancti Emmerami Ratisponae contra H. de Lize (Leiss) super quibusdam censibus, judices delegat. Dat. Laterani III. Non. (3.) Januarii, Pontif. anno VII. vid. *Liber probat.* pag. 170. | | |
| 1234. | Chunradus, Comes de Wazzerburch, ecclesiae in Atel tradit Salhubam in Werespergo, curtem in Hilserstal, Etzlingen, Ruteman, quatuor vaccaritias in Atelwise, Pachmann, Swaben, cum omni, quod vulgo dicitur Hovemarh, omnia propria in Diengen, curiam in Strowen et omnes decimas; item in Castris Wazzerburch, Viechtenstain, Grihenstain et Werberch unam hubam, ut ibidem praefatas decimas congregandas conservent. Datum in Castro Wazzerburch XV. Kal. Martii (15. Febr.). | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1234. | Idem monasterio Rotae donat decimas concellas. Dat. apud Wazzerburch XIV. Kal. Martii (16. Febr.) (M. B. I. 328.) | | |
| 1234. | Henricus, Romanorum Rex, attestatur et ratum habet, quod C. Pincerna de Wintersteten, Episcopo Ratisponensi et Imperialis aulae Cancellario, de praedio suo in Husen VI. libras Augustensis monetae resignaverit. Datum Franchenfurt XIII. Kal. Martii (17. Febr.) Ind. VII. vid. *Ried* l. c. num. 390. | | |
| 1234. | Conradus, Comes de Wazzerburg, ad claustrum Peyhardingen tradit molendinum in Velden. Datum apud Wazzerburch X. Kal. Martii (20. Febr.) | | |
| 1234. | . . . . . . . . . . | . . . . . . | Otto, Comes de Botenlaube, coadunata manu uxoris suae, Dominae Beatricis, castrum ipsorum hereditarium Bodenlouben, cum bonis attinentibus in Sidingistat (Seidenstat), in Eichesvelt villa superiori, (Ober-Eafeld), Gobulshusen et Hagin, (Gabeltshausen et Hagen, disjunctae olim villae, nunc unitae), in Rotswindihusen (Windhausen) cum molendino ibidem, in Ellenbach, Hasselbach, Hefina (Höfen), Ritzaswisin (Reiterswiesen), Iringhusen (Euershausen), Rizzace (Rissingen), molendinum sub castro Botenlouben, Guntersdorph, vineas sub castro Botenlouben, in Staphel, in Nutelingen (Nüdlingen), bona quaedam in Hilteburgehusin (Hildburghausen), ad reliquias Sanctorum Martirum Kiliani et sociorum ejus vendit pro mille ducentis marcis argenti. Actum apud Herbipolim IV. Non. (4.) Martii Ind. VII, Episcopatus anno IX. |
| 1234. | Luitoldus, Comes de Pleigen, curiam Hegelsa Bertoldo Eichorn, ministeriali in Hartelte, Ortolfo de Salvelden ministeriali venditam et nunc devolutam, ecclesiae Werdensi pro debito L. talentorum confert, primoque possessori Bertoldo pro iterata renunciatione tunicam donat. Praesens: Chunradus Comes, Luitoldi patruus, qui Ortolfo iisdem pallium exhibet. Engelbertus Praepositus Werdensis. Wilhelmus Castellanus de Pleigen. Acta in Castro Pleigen III. Non. (5.) Martii. | | |
| 1234. | . . . . . . . . . . | . . . . . . | Idem Coenobio suo, Novali videlicet Sanctae Mariae (Frauenroth) Cisterciensis ordinis, a se fundato donat omnem bonorum suorum decimam. Datum Nonas (7.) Martii. Ind. VII. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1234. | Ecclesiae Pataviensis Archidiaconus, et beatae Mariae Decanissa ibidem, rectorem Ecclesiae in Valtchirchen ad annuum censum, in signum proprietatis seu juris patronatus monasterio obligatum declarant. Dat. Pataviae V. Id. (11.) Martii. | | |
| 1234. | Conventus in Steingaden ab Ulrico, laico, filio quondam Praepositi de Moringen, emit unum curtile apud Hirzowe. Acta publice apud Augustam XVI. Kal. Aprilis. (17. Mart.) | | |
| 1234. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus de Cozzauwe appropriat claustro in Speinsharte III. curias in Getendorf, I. in Dregenauwe duas partes decimae in Getendorf et in Fewrit. Dat. in Cozzauwe VII. Kal. Apr. (26. Mart.) |
| 1234. | . . . . . . . . . . | Conventus in Solnhoven monasterio in Kaisheim vendit praedium in Fischerhausen, pro VIII. talentis Werdensium legagium. Datum VI. Non. Maii (2. Maii). | |
| 1234. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Domina Adelheidis de Bertheim, domini Ebern et Mezgardis filia, Sanctae Mariae Magdalenae confert partem allodii sui. Acta proxima feria sexta Junii, (2. Junii). |
| 1234. | Rugerus, Pataviensis Episcopus, ecclesiam in Alderspach, a XXX. denariorum annuo censu absolvit, erga praedium situm apud fluvium Rachenpach. Dat. Pataviae VIII. Id. (6.) Junii. Pontif. anno I. | | |
| 1234. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX. Archiepiscopo Moguntino ejusque clero demandat defensionem Abbatissae et Sororum de Novali beatae Mariae (Frauenroth). Datum Reatae VII. Id. (7.) Junii, Pontif. anno VIII. |
| 1234. | Heinricus, Abbas in Reichenbach, commutat cum Ottone Duce curiam in Lantsdorf (Landorf praef. Mitterfels), cujus reditus propter frequentem hostium pervasionem consequi nequivit, accepto in recompensationem praedio in Schwarza (Schwarzach). Factum XV. Kal. Augusti (18. Julii) sole intrante leonem. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1234 | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Romanorum Rex, sententiam Henrici de Nyffen, ne relicta Conradi de Annendorf (Ammerndorf, praef. Cadolzburg) ecclesiae Halsbrunnensis bona alienet, confirmat. Actum apud Nuremberg XVIII. Kal. Septembris (15. Aug.) Ind. VII. Testes: Eberhard de Monte, Heinricus de Monte, Cunradus de Festinberg, C. . . Butigularius de Nurimberg. vid. v. *Schütz* pag. 71. mendosissime tamen. |
| 1234. | Sifridus, Episcopus Ratisponensis, nobili Comiti Chunrado de Wazzerburch in defensionem committit castra Engelsperch, utrumque Peuern, Hohenburg, Chunigswart cum adjacentiis, et specialiter advocatiam in Abensite, pro C. C. libris ipsi obligatam. Dat. VII. Kal. Septembris (26. Aug.) Ind. VII. Pontif. anno VIII. vid. *Ried* l. c. num. 391. | | |
| 1234. | Conradus Praepositus in Pergen (Pöring) Bernhardo et Bertholdo fratribus locat tres curias dictas Harthoven, Prennehoven, Snabelhoven, diu incultas. Testis: Rupertus Medicus. Actum publice apud Sanctum Magnum in die exaltationis sanctae crucis (14. Sept.) | | |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Henricus Schotte, pro satisfactione molestiarum monasterio Banzensi confert mansum in Lome (Lahm, praef. Seszlach) Karolus autem de Helderit praedium suum in Zitchendorf (Zizelsdorf, in Ducatu Koburg.), Burkhardo Camerari in Lihtenvels obligatum, permutat cum monasterio praefato pro praedio in Mouder et in Guberstat (Meeder et Gauerstat in Ducatu Koburg.). Acta Ind. VII. |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto Praepositus, Arnoldus Decanus Herbipoli, divisionem domus, novae curiae Herbipoli contiguae, permittunt. Acta Ind. VII. |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Soror Adelheidis de Hiltenburch nobilis viri Alberti de Hiltenburch, Ottonis Comitis de Boutenlouben relicta, Capitulo Herbipolensi pro futura praebenda Alberti filii sui tradit possessiones suas et jura in villis Stockheim et Queienvelt. Acta VI. Nonas (2.) Octobris Ind. VIII. |
| 1234. | . . . . . . . . . | Siboto, Episcopus Augustensis, jus patronatus parochiae in Wihte (Weicht praef. Türkheim) contra fratres A. . . | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | et H. . . de Wellinburch, H. . . Sanctorum Udalrici et Afrae Abbati adjudicat. Acta VIII. Id. (8.) Octobris. | |
| 1234. | . . . . . . . . . | Idem Hiltebrando, Sancti Udalrici in Augusta Abbati, confirmat jus patronatus ecclesiae de Wihte, a fratribus Arnoldo et Henrico de Wellenburch renunciatum. Acta Id. (15.) Octobris. (M. B. XXII. 211). | |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | **Gregorius Papa IX.** monasterium Monialium in Kizingen ordinis beati Benedicti Erbipolensis dioeceseos, protegendum suscipit. Datum Perusii XIV, Kal. Novembris (19. Octobr.) Pontif. anno VIII. |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | **Hermannus** Herbipolensis Episcopus discordiam inter Gernodum et capitulum Sancti Johannis in Houge ex parte una, et Wolframum de Lullebach ex altera, super decima in Warta et Poderen, inter Hiltebolldisdorf (deserta nunc) et Schweinfurthe sita, exortam, componit. Testes: Gernodus Decanus. Comes Ludewicus de Rienecke. Rupertus Comes de Kastele. Comes Gotefridus de Lewenstein. Actum mense Octobri, Ind. VIII, Episcopatus anno X. |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Romanorum Rex universum clerum Herbipolensem, barones, ministeriales et cives in protectionem suam specialem suscipit, et civibus negotiantibus regalem conductum concedit. Testes: Otto Praepositus. Arnoldus Decanus. Thegenhardus Scolasticus et Imperialis aulae Protonotarius. Magister Hermannus Scriptor. Otto de Botenlouben, Rupertus de Kastele, Boppo de Wertheim, Gebehardus de Hirzberg, Comites. Conradus Burgravius de Nurinberc. Data Herbipoli XIV, Kal. Decembris (18. Nov.) Ind. VIII. |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Wilhelmo de Wimpina — Puticulario de Nurenberc — Scultetis in Rotenberg, Hallis, Swinfurthe, Hungesberg et Loubersheim querelas dilecti Hermanni Episcopi Herbipolensis exponit, atque injungit, ut omni exactioni monetae in Swinfurt renuncient, et signa ferrensia in villa Tutenstetten (praef. Karlstadt) deponant, reservato solummodo jure Regis in villa Gocheshaim. Data Hagge IX, Kal. Decembris, (23. Nov.) Ind. VIII.<br>vid. *Leukfeld* antiquitates Poeldenses, pag. 257.<br>*Lunig* P. Specil. Cont. I. Forts. III. pag. 327.<br>*Pfeffinger* ad Vitriarium Tom. I. pag. 1120. |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem diversis juribus in villis Domsdorf (Damphach, praef. Gerolshofen), Gochsheim, Urheim, (Euerheim), Bernheim, (Burgbernheim), Huttenheim et Tuttenstetten, renunciat, reservans sibi jura in Gochsheim. Data ibidem et eodem. vid. *Kreus* antiquitates historiae Franconicae, Tom. III. pag. 243. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1234. | . . . . . . . . . | Gregorius Papa IX. Abbati et conventui monasterii in Hausen (Auhausen) possessionem in Lomingen, (Lehmingen, prope Ottingam), ex concessione Augustensis Episcopi adeptam, confirmat. Datum Perusii V. Decembris, Pontif. anno VIII. |
| 1234. | Fridericus II. Romanorum Imperator, post mortem Ducis Meraniae, ecclesiae Tegernseensis quondam Advocati, a praedicta ecclesia in advocatum electus, oblatam advocatiam acceptat. Dat. Fogiae ultimo mensis Decembris Ind. VIII. (M. B. VI. 210.) | |



## Franconica.

Idem confirmat privilegium Embrichonis Herbipolensis Episcopi, ecclesiae Sancti Johannis in Houge anno MCXXV. Indictione VIII. (XIII.) concessum, contra advocati Regenhardi de Euse gravationes in bona ecclesiae Sancti Johannis, in pago Bodegowe, nimirum in Cunengeshoven (Königshofen), Wolfgiteshasen (Wolkshausen), Harrisheshеim (Herchsheim), Ruoderichesbusen (Rittershausen), Hopferstat (Hopferstadt), Gnozestat, (Gootstadt), Hoenstat (Hohenstadt), Ossenvurt (Ochsenfurt), Auolvesbusen (Acholshausen), Eschilibesheim, (Eichelsheim). Testes: Hermannus Episcopus Herbipolensis. Octavianus Praepositus Herbipolensis. Gevehardus Comes de Tolesteine, Conradus Burggravius de Nuremberch, Heinricus Camerarius de Rabenesberc. Acta Ind. VIII. in civitate Herbipolensi anno regni XIV., nonas Kal. Decembris (23. Novembr.)

Hermannus, Episcopus Herbipolensis, aeque ista confirmat. Testes: Otto Praepositus, Arnoldus Decanus. Acta Ind. VIII. III. Non. (3) Decembris. Pontif. anno X.

Mechtildis Comitissa de Hennenberc coadunata manu mariti sui, nobilis viri Gotfridi Comitis de Richenbach, per manum Salamanni sui, nobilis viri Manegoldi de Wiltpere senioris, Capitulo Herbipolensi pro centum marcis argenti vendit omnem proprietatem ad ipsam ex donatione nobilis Heinrici de Trimpere devolutam; videlicet locum castri antiqui in Trimpere, et montem totalem Trimpere, bona in Elvichishusen, (Elfershausen), VI. mansos, Mahtolshausen (Machtilshausen), Rutswindeheim (Rutenswinden), Engetal, Garba (Garitz), Sibotental, Wazzerlose (Wasserlosen), Erlehe, (Erlenbach), Westheim, Alpharteshusen, (Arnshausen), Sulztal, Rudertal, (Ramsthal), Trintal, Obertulbe (Oberthulba), Langendorf et Melhorne (Melbers). Ut autem Comes Godefridus familiaritate ecclesiae Herbipolensis possit gaudere, per Episcopum est locatus in Castro Steinehite in domo lignea ante Castrum. Testes: Magister Hermannus Scriptor. Johannes Pincerna. Acta mense Novembris. Episcopatus anno X. Ind. VIII.

| Anno. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1234. | Idem coenobii Tegernseensis novus electus Advocatus, protegendum illud suscipit. Data ibidem et eodem, (M. B. VI. 211.) | | |
| 1234. | Idem ad Ducis Meraniae defuncti filium et Tirolis Comitem, ne advocatiae ab Imperatore susceptae sese immisceant. Ibidem et eodem. (M. B. VI. 209.) | | |
| 1234. | Hardwigis, uxor domini Engelschalchi de Hagniberch, pro obtinenda ecclesiastica sepultura fratris sui, Ulrici Chepf, duas curtes et molendinum in Lengendorf (Lendorf praef Erding) nec non mansum et molendinum Swinda ecclesiae Frisingensi offert. Actum Ind. VI. (VII.) vid. *Meichelbeck* II. pag. 12. | | |
| 1234. | . . . . . . . . . . | Gerbirgis vidua et ecclesiae Sanctae Mariae in Augusta ministerialis Coenobio in Cesarea confert praedia sua in Bobingen, Aitingen, Bergen, Isinrichesboven. Acta Ind. VIII. | |
| 1234. | Chunradus de Haginiberch Episcopo Frisingensi Conrado bona quatuor librarum reditus exhibentia pro eo in feudum offert, quod uxori suae, domini Isenrici (i. e. de Waldeke) filiae, in augmentum dotis L. libras denariorum Augustensium promiserit. Fidejubente Hermanno de Haginiberch, fratre Conradi. | | |
| 1234. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ottone Praeposito, Arnone Decano, Eberhardus Sacerdos de Sancto Pantaleone duo jugera vinearum in Lindach et in Rode ad reliquias beati Pantaleonis in Capitulo delegat; Hedewiega autem devota matrona uno jugero vineti in Rode adauget. Actum Hermanno de Loudenburc Episcopo Wirceburc praesidente. |
| 1234. circiter. | . . . . . . . . . | Bertholdus de Westheim, cum consensu Dominorum suorum Hainrici et Arnoldi fratrum de Wellenberch, omni actioni contra Dominum Wernherum de | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | . | Weldin, ecclesiae Sancti Udalrici et Sancte Afre in Augusta professum, debitorem suum, renunciat. (M.B.XXII. 210.) | |
| 1234. circiter. | Otto Dux Meraniae et Palatinus Comes Burgundiae in advocatum monasterii Burensis eligitur. (M. B. VIII. 115.) | | |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, monasterio in Habelsbrunnen obligat advocatiam bonorum suorum in villa Urah (Aurach) ab ecclesia Herbipolensi in feudum procedentem, et a patre Rudolphi advocati de Schalchhusen pro LXV. talentis Nurenbergensibus alienatam. Datum apud Nurenberg V. Kal. Februarii (28. Januar) Ind. VIII. Episc. anno X. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Romanorum Rex, ad ministros suos de Dinkelspuhel, de Rotenberc, de Nordelingen et de Werde, nec non ad universos officiatos suos, ne conventuales vel subditos monasterii in Ahusen in causa criminali vel civili ad judicium seculare trahere praesumant. Dat. apud Nurenberg III. Kal. Februarii, (30. Januar) Ind. VIII. vid. v. *Schütz* l. c. pag. 72. n. 35. |
| 1235. | Chunradus, Comes de Wassirburch, consensu Chunigundis uxoris suae, ordinis Sancti Sixti parthenoni in veteri Hohenawe a se inchoato mortis causa donat curias Hohenawe et Mosheim, ab Heinrico Rotensi Abbate per commutationem, datis aliis possessionibus, absolutas. Acta III. Non. (3.) Februarii. Datum apud Wazzirburch. (M. B. XVII. 1.) | . . . . . . . | Idem villam Kelmunze (Kehlmünz, praef. Heilsbronn) a Rudolfo milite de Lewenrode, Walthero, Halsprunensi Abbati pro LXX. libris legalium Norembergensium venditam, Regique resignatam, dicto Abbati confert in feudum. Dat. apud Nurenberg III. Non. (3.) Februarii. Ind. VIII. Testes: Thegenhardus, Imperialis aulae prothonotarius, Heinricus, Marchio de Burgowe. Conradus Butegularius de Nuerinberch. vid. v. *Schütz* l. c. pag. 74. |
| 1235. | Otto, Dux Bavariae, Capitulo Frisingensi steuras et albergarias de curia quadam in Kirchdorf pro celebrando anniversario patris sui remittit. Acta apud Landshut . . . Kal. . . Aprilis. vid. *Melchelbeck* l. c. 14. | | |
| 1235. | Gregorius Papa IX. Abbati de Ebirsberch mandat, ut causam inter Episcopum Ratisponensem et Sancti Emmerami monasterium super indebitis exactionibus audiat et terminet. Dat. Perusiis II. Non. (4.) Aprilis. Pontif. anno IX. vid. Liber probat. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1235. | Coram Sibotone, Augustensi Episcopo, Chunradus de Mazenzias et Waltherus, Praepositus de Staingaden, querelam de commisso spolio in Widergeltingen componunt. Acta IV. Id. (10.) Aprilis. (M. B. VI, 520.) | | |
| 1235 | . . . . . . . . . | Gregorius Papa IX. confirmat, ut proventus ecclesiarum parochialium Hawangen et Böhen in usum monasterii Ottenburani redigantur. Dat. Romae XIII. Kal. Maii (19. April.), Pontif. anno IX. | |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Th. . . Praepositus, A. . . Decanus totumque Capitulum Sancti Johannis in Houghe, Abbati in Ebrach vendunt bona sua in Caldenhusin, (Kaltenhausen), et decimam sub curia Husen. Testes: Dominus Hermannus Episcopus, Otto Praepositus, Arnoldus Decanus. Acta Ind. VIII. Domini Episcopi Hermanni consecrationis anno X. Confirmatum per Episcopum Hermannum sub dato Ebera XII. Kal. Aprilis (21. Martii) anno 1237. teste Symone Abbate de Svarzach. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Heinricus Eistettensis Episcopus Sifrido, Abbati in Ahusen, recognoscit collationem parochialis ecclesiae in Ahusen (Auhausen, praef. Wassertrüdingen), a Papa Gregorio III. factam. Dat. Ahusen XVI. Kal. Junii (17. Maii) Pontif. anno III. |
| 1235. | Gregorius Papa IX. Castellense monasterium a quondam nobilibus viris Beringero, Friderico ac filio ejus Ottone, nec non Luitgarda Comitissa fundatum, corroborat. Datum Perusii XI. Kal. Jun. (22. Maii) Ind. VIII. Pontif. anno IX. *) (M. B. XXIV. p. 320.) | | |
| 1235 | Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, ecclesise in Chuobach jus Capitale, vulgo *Valle*, de hominibus | | |

*) Anteriores Castellensis monasterii chartas, finito Regestorum priori volumine ad Regia Archiva demum prolatas, de annis 1045. (v. M. B. XXIV. p. 313.) 1140. (314.) 1123. (317.) 1150. (317.) 1162. (318.) 1165. (320.) 1170. (322.) 1183. (323.) 1189. (324.) 1219. (325.) in Supplementorum Libello cum aliis aliquando retractabimus.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | suis censualibus confirmat, cum stiuris et judiciis, a patre suo, Ludewico Duce, non pridem renunciatis, Acta X. Kal. Junii (23. Maii) Ind. VII. (VIII.) (M. B. XI. 554.) | | |
| 1235. | Gotfridus de Hage coenobio in Speinshart confert duas curias in villa Haselbrunnen, a Friderico Walpotone de Zwerenz coëmtas. Act. V. Kal. Junii (28. Maii) in Castro Zwerenz, mediantibus nobilibus viris, Boppone et Ulrico, dictis de Ralwenberc, Friderici Walpotonis consobrinis, | | |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Godefridus Camerarius (dictus Betelman), curiam sitam apud ecclesiam superiorem, vineta in Ruderen, Rezzalberg, Nuwenwege, a Burchardo in platea de Randisacher comparata, eidemque anno MCCXXXI, Indictione III, VIII. Kal. Martii (22. Feb.) elocata, nunc jam hospitali Sancti Johannis in Wirceburg legat. Acta III. Non. (3.) Junii, Ind. VIII. |
| 1235. | Fridericus Imperator, Ierosolyme et Sycilie Rex, feliciter per Bavariam transiens, monasterium in Veteri Hohenowe Salczburgensis dioecesis sub protectione sua recipit. Datum apud Ratisponam mense Junii Ind. VIII. (M. B. XVII. 2.) | | |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX, Ekkeberto Babenbergensi Episcopo usum pallii in certis quibusdam diebus concedit, atque Abbatiam Muenster, (Münchmünster, praef. Ingolstadt) a Lothario Imperatore Babenbergensi ecclesiae traditam, cum ecclesia beati Sixti ibidem, ecclesias Sancti Laurentii in Gamanare, item S. S. Petri, Iacobi et Martini in Villaco, (Villach) usque in Canali (Kanal in Karinth.), ecclesiam quoque in Vurtte (Fürth) cum capella Sancti Laurentii in Nurenberc, ab ea dependente, nec non bona sita in Carinthia et Canalibus confirmat. Dat. Perusii per manum Guillielmi S. R. S. Vicecancellarii IV. Non. (4.) Julii, Ind. VIII. Pontif. anno IX. (vid. Ded. Bamb. n. 64.) |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem monasterium Sancti Michaelis Babenbergae sub sua Sanctique Petri protectione suscipit. Dat. Perusii IV. Non. (4) Julii. Ind. VIII. Pontif anno IX. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Item monasterium beatae Virginis Mariae in Babenberg. Datum ibidem et eodem. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem indulgentiae pro ecclesia Babenbergensi. Dat. ibidem III. Non. (5.) Julii. |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1235 | Siboto, Augustensis Episcopus, fratribus in Caesarea assignat ecclesiam in Ebenhusen et praebendam in Widislingen. Acta Ind. VIII. VI. Id. (10.) Julii. in civitate Augustensi. | | |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ibidem pro ecclesia Sancti Michaelis Babenbergae. Dat. ibidem II. Id. (14.) Julii. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Boppo, Comes de Hennenberch, de consensu uxoris suae Iutae, Misnensis quondam Marchionissae, modo Comitissae in Hennenberch, et filiorum suorum Henrici et Hermanni, in manus Herbipolensis Episcopi Hermanni pro coenobio in Maidebrunnen remittit villam in Ezelenhusen, a domino de Ezelnhusen sibi resignatam. Testis: Wilhelmus Abbas. Acta apud Sluzungen Ind. VIII. Kal. (1.) Augusti.<br>vid. *Stumpfs* Denkwürdigkeiten der fränkischen Geschichte. Erstes Heft pag. 92. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia fratrum Praedicatorum Herbipoli, in festivitate Sancti Dominici. Datum Herbipoli XIX. Kal. Septembris (14. August.) Pontif. Hermanni anno X. |
| 1235. | Heinricus et Wernherdus, fratres germani, dicti de Schauwnberch, ecclesiae Sancti Nicolai donant mansum et dimidium apud villam Prenzing, ad resarcienda damna ei illata. Act. XIV. Kal. Septembris (19. Aug.) die dominica in foro Hartkirchen contra Suben apud Enum.<br>(M. B. IV 334.) | | |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram eodem Gotefridus de Gowenheim Gerhardo Abbati Sancti Iacobi Scotorum ex manso apud Gewenheim (Geimheim) se profitetur obligatum ad annuum censum, et pro remedio animae suae duo et dimidium legat jugera apud Linach (Leinach) in monte, qui dicitur Custerrit. Actum in mense Septembri. Episcopatus anno X. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem consensu coenobium in fonte Virginis (Maidbronn) ob situm loci nimis durum transplantatur in locum Ezelnhusen Episcopo feodalem. Testes: Otto Praepositus, Arnoldus Decanus. Acta in mense Septembri. Ind. IX. Episcopatus Hermanni anno XI. vid. *Stumpf* l. c. I. Th. pag. 90. 91. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram eodem Lukardis Abbatissa in Fonte Virginis (Maidbronn) villae Ezelnhusen, pro possessionibus quibusdam Sibotonis de Ezelnhusen et capellae ejusdem villae prope cemeterium dicto Sibotoni et Ottoni Plebano de Rimpure (Rimpar) offert in restaurum aliam aream ejusdem villae, quae vocatur Wingartenlehen, et unum agrum de manso, qui vocatur Bertholdeshube, et unum mansum, qui vocatur Ulrichshube, prope ipsam villam situm. Testis: Otto Praepositus. Actum VII. Kal. Octobris (25. Septembr.) Ind. IX. Episcopatus Hermanni anno XI. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Friedericus Comes de Castele annuente fratre suo Heinrico monasterio Ebracensi confert advocatiam suam in Coldenhusin. Testis: Gerhardus Liber de Svarzinberc. Acta Ind. VIII. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Romanorum Imperator, Ierusalem et Siciliae Rex, ecclesiam in Kitzingen in protectionem suscipit. Data Augustae mense Octobris Ind. IX. |
| 1235. | . . . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Imperator, Conrado Abbati Faucensium (Füssen) renovat omnes possessiones in Aschowe, Musowe, Hornbach, Gisiariet, Aitrinc, Sahsenriet, Hohunfurch, et Richelingin, (v. ad a. 1219.) Acta apud Augustam mense Octobri Ind. IX. anno Imperii XV, Regni Ierusolimae X., Regni vero Siciliae XXXVII. Testes: E. Salzeburgensis Archiepiscopus, S. Ratisponensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius; Sibotto, Augustensis Episcopus, O... Dux Bavariae. C... Buregravius de Nuerembere. | |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus monasterio Ebracensi appropriat quinque mansos in Spiezesheim, a Friderico de Spizesheim comparatos, pro restauro decem jugerum vinearum apud villam Garnestat (Gartadt), undecim arearum in ipsa villa, et trium locorum molendinorum. Testes: Magister Hermannus Scriptor. Marscalcus de Eberstein. Actum. Ind. IX. Episcopatus anno XI. |
| 1235. | . . . . . . . . . | Christanus, Praepositus in Sulaheven, Berthae cuidam locat curiam in Lumingen (Lehmingen, prope Oettingen). Acta sunt haec Friderico Imperatore filium suum a regni sui solio destituente. vid. v. *Falkenstein*, Urkunden vom Fränkischen Kreis p. 50. n. 34. *Jung* Miscellanea II. 122. | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Abbas Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Sanctique Stephani protomartiris, Heinrico Susani vendit vineam apud Thüngersheim, in monte Habisberc, ad comparandam isto pretio aliam vineam duorum jugerum sitam apud Hochheim in monte Steige. Actum Boppone urbis praefecto. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Arnoldus Camerarius et Heinricus de Stabewecke Canonici Herbipolenses, judices dati in querimonia conventus Scotorum Sancti Iacobi Herbipoli contra Albertum de Ghumbach, super quadam vinea quatuor jugerum in monte Scalkeberch, litem ita componunt, ut Albertus singulis annis maldrum tritici, et urnam vini, XXVII. denariis valentem, de vinea in Scalkesberg exhibeat. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Episcopus Eistetensis, Heinrici, Abbatis Ahusani, literas de Jure advocatiae super praedio in Tambrunnen (vid. charta de MCCXXI.) confirmat, rogante Abbate Sifrido ac Gotfrido de Arinspere, ad locum Pfunzen comparentibus. |
| 1235. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Reversales Hildebrandi de Haideck constituti tutoris bonorum ecclesiae in Ahusen, in confinio, quod dicitur Norgeu, jacentium. |
| 1235. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sancti Michaelis in Babenberg monasterium Wilhelmo de Chunstat obligat praedium in Gernrode (Gerenroth, praef. Weismain.) |
| 1235. | Otto, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, fratribus de Raitenhasla immunitatem a teloneis in Leubnowe et in Burghusen concedit. Act. Ind. VIII. (M. B. III. 123.) | | |
| 1235. | Factum inter Ottonem, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariae, et ecclesiam in Tegernse, de liberis ex matrimoniis ministerialium suorum procreandis aequaliter dividendis. Act. apud Augustam Ind. IX. (M. B. VI. 203.) | | |
| 1236 | Coram Ricardo, Volkolderodensi Abbate, Heinricus de Sunnleberge, miles, quosdam hortos et agros in Egra Waldassensi confert monasterio. Dat. in Waltsassen, Ind. IX. Nonas (5.) Februarii. | | |
| 1236 | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Arnoldus, Decanus majoris ecclesiae Herbipolensis, Michaeli judaeo dicto Randesachere, vendit quandam aream cum muris utrobique, sitam retro novam domum in foro, prope curiam Hertwici quondam Magistri coquinae. Acta VII. Id. (7.) Februarii, Ind. VII. (IX.) Testis: Heinrich *Notarius civitatis*. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1236 | Gregorius Papa IX. factam ab Episcopo Eistettensi incorporationem ecclesiae de Walchirch (Waldkirchen, praef. Neumarkt) Capitulo Eistettensi confirmat. Data Viterbii III. Kal. Martii (28. Feb.) Pontif. anno IX. | | |
| 1236. | Rudigerus Pataviensis Episcopus solenni placito in Abbatia Niedernburg habito omnes alienationes sine capituli consensu susceptas revocat. Dat. Pataviae VIII. Id. (6.) Martii, Pontif. anno III. | | |
| 1236. | Alramus de Halse, de praediis in Hützenhofen (praef. Landau) Monasterium Superius Ratisponense indemne reddere, et de advocatia bonorum in Otmaringe (Ottmaring), Wizzenslinges (Wiesing), Ernoltingen, Euzing et in Chunratingen (Hainrating, omnes in praef. Osterhofen) praeter jura definita, nihil ulterius exigere spondet. Testis: Comes Meinhardus de Rotenecke &c. Dat. Ind. IX. IV. Id. (12.) Martii. Confirmatum per Fridericum Imp. Dat. apud Spiram mense Aprili Ind. IX. | | |
| 1236. | Wulfingus, Abbas ad Sanctum Emmeramum, Ottoni Sculptori tres areas ad officium cellerarii pertinentes, quas quondam Heinricus Vitulus (Kalb) possederat, ad vitae tempus concedit. Dat mense Martii XXIV. die ejusdem Ind. IX. | | |
| 1236 | . . . . . . . . . | Gregorii Papae IX. indulgentiae pro ecclesia Sancti martyris Alexandri in Ottenbeuren. Dat. Viterbii VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.) Pontif. anno X. | |
| 1236. | Otto, Dux Bavariae, ecclesiae Baumburgensi de victualibus per Rorbach et Oetingen transientibus, telonei immunitatem concedit. Datum Baumburc pridie Non. (4.) Aprilis. (M. B. II. 199.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1236. | . . . . . . . . . . | Sibeto, Augustensis Episcopus, ecclesiae Caesariensi donat molendinum in Triuresham (Druisheim), a viris nobilibus dominis Heinrico et Ulrico de Bocchisperch resignatum. Testis: Ulricus de Turiham (*Ulricus de Turheim*, celeber iste amorum vates?) Acta VIII. Kal. Junii (25 Maii), Augustae in Palatio Episcopi. |
| 1236. | Fridericus II. Imperator, Wenzeslao Regi Bohemiae, E. Babenbergensi, Reginero Pataviensi, Episcopis, Ottoni Duci Bavariae et Ottoni, Marchioni Brandenburgensi, auxilium contra Fridericum, Austriae Ducem, illicita molientem, stipulatur. Dat. apud Augustam XXVII. Junii Ind. IX. | |
| 1236. | . . . . . . . . . . | Conradus, Fuldensis ecclesiae Abbas, confirmat donationem bonorum in Cimbern (Kloster Zimmern im Riess) et in Titingen, ab Eberhardo Cellerario in Solenhoven, ecclesiae suae factam. Datum apud Solenhoven XXI. (sic) Kal. Aug. (12. Jul.?) Ind. IX. |
| 1236. | Idem Babenbergensi Episcopo in villa Franhenmarket (Frankenmarkt nunc Austriae) forum concedit ebdomadale, in qualibet tertia feria celebrandum. Dat. apud Werdam, mense Julii, Ind. IX. | |
| 1236. | . . . . . . . . . . | Fridericus II. Imperator accepiat advocatiam praedii Helchenried (praef. Mindelheim) a Comite de Marstet, et uxore ejus Bertha, monasterio Ottoburano collatam, quam Bertholdus Abbas ipsi |



# Franconica.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | obtulit, Dat, apud Gunzen in castris mense Julio, IX, Ind. | |
| 1236. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Waltherus de Hoppach Friderico Sancti Stephani Abbati cedit decimam in Mattinhusen, (Madenhausen) pro concessa sibi decima in Hoppach. Acta IX, Kal. Octobris (23. Sept.) Boppone urbis praefecto. |
| 1236. | Idem Buticulario de Nurenberch, protegendum committit coenobium in Speinshart, contra molestias Lantgravii de Weltekhe, de Luckenberch, et Heinrici de Turndorf, ob affectatam advocatiam in villis Wolawe, Curbansdorf, Frissen, Curbenseze, Mukenrott, Aldenzint et Tunpach, Dat, Augustae XXV. Octobris, Ind. IX. | | |
| 1236. | Ulricus de Geltolving, Ecclesiae Ratisponensis ministerialis, Sifrido Episcopo tradit proprietatem suam in Geltolving, Dat, Pontif. anno X, Ind, IX. vid. *Ried* l. c, num. 393. | | |
| 1236. | Chunradus, Abbas Ebersbergensis, de bonis legatis in Pech, Reinoldesperge, Tubental, Etelingen, Rieden, Pfeffenhusen, Wishaim, Nidhartsperge, Sewen, Zorngeltingen, Puchrain, Piburch, Grundt, Paerenbach, Tarchingen et Grandstorf, benefactoribus anniversaria ordinat Acta Ind. IX. | | |
| 1236 | Wilbrandi, Magdeburgensis ecclesiae Archiepiscopi, fraternitas cum monasterio Altahae (Niederaltaich). Datum Magdeburg III, Kal, . . . , Ind. IX, Pontif, Archiepiscopi anno I. | | |
| 1236. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinrico, Abbati in Lauchheim, praedium in Vzingen (Uetzing, praef. Scheszlitz) a Richza de Sumenberc traditur. Act, Ind. IX. |
| 1236. | Rudigerus, Episcopus Patariensis, confratribus suis tradit ecclesiam Hohenstat. | | |
| 1236. | Ottonis, Ducis Meraniae, Palatini Comitis Burgundiae, literae de liberis Chunradi de *Egeliinge* mini- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| | sterialis Tegernseensis, et Gertrudis filiae Heinrici de Slitters, aequaliter dividundis. (M. B. VI. 212.) | |
| 1236. | Otto, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, damnum ecclesiae in Pollingen per decisionem sylvae cujusdam illatum, concesso jure suo in ecclesiam Odratingen compensat. Act. apud Wilheim. (M. B. X. 49.) | |
| 1236. | Heinricus, Brixinensis Episcopus, cum Bernhardo Duce Karentano de liberis Bertoldi de Gredenich aequaliter dividundis paciscitur. Acta Brixinae in domo Episcopali ante capellam Sanctae Mariae. | |
| 1236. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | Coram Sibotone, Augustensi Episcopo, Manegoldus, Juvenis de Sibenaich, monasterio Staingadensi vendit possessiones suas et advocatiam ecclesiae in Sibenaich. Dat. Augustae VIII. Id. (6.) Februarii, apud Sanctum Udalricum. (B. M. VI. 522.) |



Franconica.

E. . . Commendator pauperum Christi in Rode, caeterique fratres Sancti Johannis in Jerusalem, cunctos, elemosinas ipsis exhibentes, participes faciunt omnium orationum, quae in quatuor millibus domorum, huic ordini subjectorum, persolvuntur.

Hermannus Herbipolensis Episcopus monasterio Coeliportae appropriat decimam in villa Himmelstat, a Ludewico de Northeim, Herbipolensis Ecclesiae ministeriali, pro CCL. marcis argenti venditam, recepta in restaurum proprietate in Gundersleibe. Testes: Otto major Praepositus, Arnoldus Decanus. Datum Herbipoli Kal. (1.) Januarii. Pontif. Hermanni anno XII.

Idem sorori Jutae, Abbatissae in Heiligental, bona ecclesiae suae, videlicet villas Sture et Winden, in proprietatem ecclesiae Herbipolensis transferenti, annuit, ut in villa Sture monasterium, nomine Vallis Sanctae Crucis (Marienburghausen) Cisterciensis ordinis instituat. Datum Herbipoli VII. Id. (13.) Januarii. Ind. X. Episcopatus Hermanni anno XII. Testes: Gotefridus Abbas Sancti Burchardi. C. . . Praepositus in Monte, Magister Eberhardus Scriptor, Novi Monasterii Canonicus. vid. *Stumpfs* Denkwürdigkeiten Th. I. pag. 115.

Coram eodem Marquardus Orphanus ecclesiae Ahusen donat curiam in villa Wilhelsheim (praef. Windsheim). Act. Herbipoli in mense Januarii, Ind. X. Episcopatus anno XII.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1237. | Wernhardus de Uttendorf donationem praediorum in Schazhoven (Satzhofen, praef. Mallersdorf), Pachhofe juxta rivum, et Osterhofe, factam per matrem suam Agnetem, cui coenobii Sanctimonialium in Puluriuth, (Pollenried, praef. Hemmau) felix debetur initium, ratam habet, Acta Ind. X. IV. Id. (10.) Februarii. | | |
| 1237. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Concordia inter eundem Episcopum et nobilem matronam dominam Gertrudim, viduam Ludewici de Stolberc, et Wernhardum filium ipsius, ut Dominus Episcopus Castrum Stolberc in sua habeat potestate, durante Wernhardi minorennitate, pro eoque, si Wernhardus sine prole decedat, ducentas marcas argenti persolvat, Actum apud Herbipolim IV. Kal. Martii (26. Feb.) Ind. X. Episcopatus anno XII. vid. *Stumpfs* historisches Archiv für Franken, I. Heft p. 66. |
| 1237. | Fridericus, Romanorum Imperator, justitiam in muta per Austriam et Styriam, monasterio de Alta (Niederaltaich) a Leipoldo quondam Duce Austriae et Styrie anno MCCX. concessam, confirmat. Datum apud Wiennam, mense Februarii, Ind. X. (M. B. XV. 8.) | | |
| 1237. | Mathildis, Marchionissa de Hohenburg, coram Friderico Imperatore, filiis suis Bertoldo et Diupoldo, Imperatoris Valettis, cedit omnia jura et actiones contra fratrem suum, Comitem de Wasserburg, super petita haereditate in bonis ejusdem. Actum Wienne, mense Februarii, Ind. X. | | |
| 1237. | Sifridus Ratisponensis Episcopus lites inter Praepositum Hugonem ac conventum in Ror, atque Comitem Meinhardum de Roteneche, super libertate ecclesiae Rorensis et juribus Comitis in eandem, componit. Datum Ratisponae XV. Kal. Aprilis. (18. Mart.) Episcopatus anno XI. (M. B. XVI. 119.) | | |
| 1237. | . . . . . . . . . . | Sibeto Augustensis Episcopus, Dominum Hainricum Plebanum de Rote et Dominum Bertholdum Plebanum de | |

| Anno. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | Babenhusen, super limitibus sive terminis Castri in nova Schonegga altercantes, componit, in cimiterio ecclesiae inferioris Rote. Publicatum coram Episcopo in Palatio suo Non. Kal. April (24. Mart.) Testes: Ludewicus major Praepositus Augustae. Wolfradus de Niffen, S. Gertrudis Praepositus, Magister Wernherus Custos, Dominus Eberhardus de Aichain, Dominus Hainricus de Schonaekke, Hermannus Pincerna de Sulzpach, Heinricus minister de Babenhausen. | |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Conradus Rex monasterii Halsprunnensis bona in Witrandorf (Weiterndorf), Rethelndorf (Retteldorf), Cennehusen (Zennhausen, deserta nunc) Adelsdorf, Schuhesbach (Schnesbach) in protectionem suam suscipit, data facultate, homines suos judicandi. Datum in Nuremberg II. Kal. Aprilis, (31. Mart.) Regni anno I. |
| 1237. | Fridericus Imperator ecclesiae Pataviensi confirmat privilegium liberi transitus per mutas Danubii quondam concessum. Dat. apud Wiennam, mense Martii, Ind. X. | | |
| 1237. | Idem exemtiones a teloneis Austriacis monasterio Raitenhaslacensi concessas, corroberat. Acta apud Wiennam, mense Martii, Ind. X. (M. B. III. 134.) | | |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Ebracensi Ecclesiae confert decem mansos in Spizesheim, a Bertholdo de Spizesheim comparatos et resignatos. Acta mense Martio. Ind. X. Episcopatus anno XII. |
| 1237. | Otto Dux Bavariae fratribus minoribus in Ratispona confert proprietatem et feudum in fundo areae duorum horreorum, et hortuli projacentis. Testes: Rex Boëmiae, Heinricus Notarius Ducis. Data XVII. Kal. Maii (15. April.) | | |
| | . . . . . . . . . | Siboto, Augustensis Episcopus, conventui in Staingadem concedit ecclesiam Sibenaich. Acta apud Augustam in Palatio | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | Episcopi super curia publica VIII. Kal. Maii (24. April.) | |
| 1237. | Fridericus Imperator, monasterium Sancti Nicolai in specialem suam protectionem suscipit, Dat. apud Wiennam, mense Aprilis, Ind. X. | | |
| 1237. | Idem monasterii Metmensis privilegia, a Luitpoldo, Duce Austriae et Styriae anno MCXCVIII. indulta, confirmat. Acta mense Aprilis. Ind. X. Anno Imperii XVIII. Regni Ierusalem XII. Regni vero Siciliae XXXVII. Datum Wiennae. (M. B. VI. 443.) | | |
| 1237. | Idem confirmat Luipoldi Ducis Austriae privilegium immunitatis a muta et teloneo in Austria, anno quondam MCCIII. monasterio Sancti Nicolai datum, Acta Wiennae, mense Aprilis, Ind. X. Testes: O. Bavariae et Carinthiae Duces, Burggravius de Nurenberg. G. de Hohenloh, | | |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sifridi Sanctae Moguntinae Sedis Archiepiscopi indulgentiae, pro reparatione collapsorum aedificiorum Herbipolensis Ecclesiae. Datum apud Herbipolim V. Kal. Maii (23. April.) Pontif. anno VII. |
| 1237. | Sifridi, Episcopi Ratisponensis, et Ottonis Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariae, pax super diversis controversiis. Testis: Albertus Comes de Tyrol. III. Non. (5.) Maii. vid. *Ried* l. c. 395. | | |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Mandatum P. . . Praepositi, H. . . Decani Babenbergensis Ecclesiae, pro canonizationis beati Brunonis expensis, et aedificiis ecclesiae Herbipolensis reparandis. Datum apud Babenbere VIII. Id. (8.) Maii. |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Friderici II. Romanorum Imperatoris mandatum ad universos judices suos per Imperium constitutos, de non evocando ad forum Imperiale civitatis Babenbergensis cives clericos, et ecclesiae ejusdem ministeriales. Data apud Gieslingen XVIII. Maii. Ind. X. vid. *Ussermann* l. c. pag. 151. |
| 1237. | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, aream quandam Ratisponae in curia ecclesiae Pergersgadem sitam, et a Goezwino de Porta resignatam, ecclesiae Sancti Petri in | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | Pergeragaden confert, recipitque in concambium aliam Ratisponae in ampla platea, Goozwino iterum jure feudali collatam. Testes: Albertus de Tirol. Perchtoldus de Graifenpach. Ulricus de Ultimis, Comites. Actum publice in domo Episcopi XXV. die Maii. vid. v. *Koch* II. pag. 46. | | |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Engelhardi Nuwenburgensis Episcopi indulgentiae, pro reparatione aedificiorum ecclesiae Herbipolensis collapsorum. Datum apud Babenberc mense Maio. |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Imperator confirmat donationem praedii Schwobach (Schwabach), a Duce Friderico de Rotenburg monasterio Eberacensi (anno MCCXII.) factam. Dat. apud Nuremberg V. mensis Junii (5. Junii) Ind. VIII. (X.) vid. v. *Schütz* l. c. pag. 75. u. 38. |
| 1237. | Salisburgensis et Ratisponensis Antistites lites inter Conradum, Frisingensem Episcopum, et Ottonem, Comitem Palatinum, ita componunt, ut damna durante bello commissa remittantur, Castrum Purchrain ecclesiae restituatur, compositio Landshutana confirmetur, curiae in Altheim Episcopo retradantur, et insuper a Duce quingenae librae monetae Ratisponensis solvantur. Acta V. Id. (9.) Junii, Ind. X. | | |
| 1237. | Rudegerus, Episcopus Patariensis, leprosis apud Sanctum Aegidium Pataviae confert aream et domum, sitam incuria inferiori. Act. Pataviae IV. Non. (4.) Julii, Ind. X. | | |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | C... Hildenshaimensis ecclesiae Episcopi indulgentiae pro reparatione aedificiorum ecclesiae Herbipolensis collapsorum. Data Herbipoli III. Id. (13.) Julii, Ind. X. Episcopatus anno XVI. |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Herbipolensis Episcopi literae patentes, nunciis suis datae ad colligendas elemosynas pro canonizatione Brunonis Episcopi. Datae Herbipoli Kal. (1.) Septembris. Ind. X. Episcopatus anno XII. |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sifridus Babenbergensis Electus Langheimensi coenobio confert bona in Giech, Erl, Schesliz, Ludebach (Ludwag), Lumutzelsdorf (Lämmertshof, Leimetshof), Rut, (Reut), Sweicdorf (Schweisdorf), quae Heinricus de Stritberc ab Ottone, Duce Meraniae, in feodo tenuerat, ipseque Dux ecclesiae Babenbergensi resignaverat. Dat. Ind. X. II. Non. (4.) Septembris. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | Coram Heinrico, Brixinensi Episcopo, Dominus Wilhelmus de Velturno, et Domina Agnes Comitissa, uxor sua, cum filiis pactum mutuae successionis juramento confirmant. Act. Brixinae in majori ecclesia Episc. exeunte Septembris die octavo (23. Sept.) | |
| 1237. | Fridericus Imperator Episcopo Reginero auxilium contra omnes offensores ecclesiae Pataviensis stipulatur. Acta mense Septembris Ind. XI. Data apud Clusam Sabionem. | |
| 1237. | Wernherus de Maenichingen (Bairmenchingen, vulgariter Merchingen) ecclesiae Augustensis Ministerialis, Sibothoni, Augustensi Episcopo, donat curiam suam in Egelingen (Eglingen praef. Landsberg). Dat. XVI. Kal Novembris (17. Oct.) (Confirmatum per Hartmannum Episcopum Augustensem MCCLXI. XIII. Kal. Junii (20. Maii). | |
| 1237. | Conradus, Frisingensis Episcopus, eximit Rotenses a praestatione telonei. Datum Frisingae Ind. XI. XV. Kal. Novembris (18. Oct.) *Petz* P. II. p. 92. | |
| 1237. | Friderici Imperatoris Praeceptum, ut Lantgravius de Luckenberg *Ducatum curruum* (Geleit) per districtum | |



## F r a n c o n i c a.

Otto, Dux Meraniae, Palatinus Comes Burgundiae, praefatis bonis, praeteraque praedio in Culbz (Oberhüps), et vineae ibidem renunciat. Act. Ind. X.

Herbordus Hako et Otto Wolveskele, Scultheti, et universi cives Herbipolenses, hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani in Wirceburc fratres immittunt in aream sitam inter viam et hospitale, a porta superiori hospitalis sita, versus Sanctum Georgium ad finem usque curiae hospitalis. Cum sigillo civitatis. Act. VIII. Id. (6.) Septembris.

Hermannus Herbipolensis Episcopus fratribus Hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani concedit, ut aream inter curiam hospitalis et viam adjacentem ad utilitatem infirmorum inaedificent. Acta VII. Id. (7.) Septembris. Ind. X. Episcopatus anno XII.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
| --- | --- | --- |
| | Comitatus sui obtinere debeat, sicut antecessores sui. Datum apud Laudam mense Decembris. Ind. XI. | |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1237. | Rudigerus, Abbas monasterii Priviningensis, Engelscalco ecclesiastico Ratisponensis ecclesiae locat decem agros. Acta Ind. XI. | |
| 1237. | Wulfingus Abbas dimidiam partem septem jugerum, in monte Pentlingen, antecessori suo a Karulo Mariscalco Ratisponensi resignatorum, (anno MCCXXXIV.) pueris Chunradi de Grasolvingen ad runcandam vineam restituit. | |
| 1237. | Albertus, Comes de Pogen, monasterio Sancti Nicolai confert immunitatem a muta et teloneo. Dat. apud Stroubingen. Testes: Heinricus Comes de Ortenberch, Rapoto Comes Palatinus Bavariae. | |
| 1237. | Rudegerus, Episcopus Pataviensis, Alderspacensibus in muta Pataviensi liberum conductum concedit. Acta sub Alberto judice Pataviae existente. | |
| 1237. circiter. | Ortliebus de Heida in signum satisfactionis et reconciliationis ecclesiae superioris Monasterii Sanctae Mariae donat aream sitam contra faciem dicti monasterii et domum quandam in Heida. Testes: Henricus Magister Latinorum. Rudegerus Magister Aedificiorum. | |



## Franconica.

Hermannus Herbipolensis Episcopus sororibus domus beatae Mariae Magdalenae in civitate Herbipolensi appropriat bona quaedam in Berhteim, a Wolframo milite de Ebinhusen resignata. Actum Ind. X.

Ejusdem licentia, conventum foeminarum Sancti Egidii in villa Hettingieselt sub indito novo nomine Paradys transferendi in aliam aream ejusdem villae, quae aliquando dicebatur curia Ruggeri. Actum Ind. X. Episcopatus anno XII. vid. *Stumpfs* Denkwürdigkeiten I. Heft, pag. 70.

Guta, relicta Friderici de Cherelberch, pro obtinenda mariti sui sepultura ecclesiastica, promittit aedificia, a dicto marito in fundo ecclesiae Onolsbacensis in Ingesinde (Insingen, praef. Rothenburg) erecta, ante festum Sancti Michaelis destruere, et extortas ab hominibus ecclesiae pecunias in Chisuhart et in Uhurpsendorf restituere. Act. Ind. X. Testes: L. . . et H. . . Sculteti de Rotenburc.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Abbas Sancti Stephani in Wirceburg, Dominabus Sanctae Mariae Magdalenae confert quandam domum, pro vinea in Boldewinisowe. Testis: Gotefridus Abbas Auorhacensis, |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sifridus, Babenbergensis Electus, Ecclesiae Sancti Michaelis in Babenberg confert bona in Rwendorph, (Reundorf,) per Wolframmum Pincernam ab Ottone de Sambahc comparata, et Episcopo resignata, |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram ecclesiae Babinbergensis Capitulo Beppo, major Praepositus, villam suam Divis (Deps, praef. Baireut) ab Episcopo Sifrido in feodo obtentam, tradit Sancto Georio, Sanctae Kunegundi autem iterata vice villam suam Sende-Kunegudenwte (Konersreuth). Acta in Capitulo majoris ecclesiae Babinbergae, |
| 1237. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | F. . . Decanus, totumque Capitulum Eistetense, feodum in Wermstorf, eis a domino suo H. b. m. Episcopo Eistettensi collatum, Mathildi de Toutingen conferunt ac donant, |
| 1237. | . . . . . . . . . | Bertoldus Comes de Lechesgemund Caesariensi ecclesiae adjudicat praedium Behrsteten. Testes: Heinricus Comes, filius Comitis, Gotfridus et Ramungus de Horburc. Cunradus Longus de Burcheim. Fridericus Minister de Nordelingen, Eggehardus, Pincerna de Wilare, Heinricus, Advocatus de Menenhain. Heinricus, Notarius Comitis, et Cunradus frater ejus. Cunradus Praepositus Comitis. Berwicus, Advocatus de Werde, Hartmannus, Urbanus de Werde, | |
| 1237. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto Praepositus, Arnoldus Decanus, indulgentias pro canonizationis negotio Sancti Brunonis, Herbipolensis quondam Episcopi et aedificiis ecclesiae hujus reparandis edicunt, |
| 1237. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sifridus, Electus quondam Bambergensis, fratribus ecclesiae suae legat mansum in Wpendorf (Huppendorf, praef. Weischenfeld), curiam suam et vineta in Frigenhusen, (Frickenhausen) pro celebrando anniversario suo et porrigendis pauperibus oblationibus, quorum jus collationis competat Domino Alberto de Castel, |
| 1238. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gebhardus Comes de Hirzperch confirmat donationem praedii cujusdam in Puissinsheim (Buxheim) per Dominam Machtildim, uxorem quondam Domini Heinrici de Bechtal, ecclesiae Sancti Johannis in Rebdorf factam. Testes: Chounradus Salzmannus, Ulricus Dapifer de Grizpach. Heinricus Pincerna de Grizpach. Acta Kal. Februarii (1. Feb.). |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1238. | Eberhardus de Porta Tegernseensi coenobio confert curiam in Holzhausen. Acta in die purificationis beatae Virginis (2. Feb.). (M. B. VI. 213.) | | |
| 1238. | Wenceslaus Rex Boëmiae donatas a patre suo VI. curias in villa Pilsene, monasterio Waldsassiensi confirmat. Act. Ind. XI. Dat. apud Progam per manum Notarii Wilhalmi, X. Kal. Martii (20. Feb.). | | |
| 1238. | Praedium Pfafendorf coenobio Hoegelwerdensi venditum. Act, XV, Kal, Aprilis (19. Mart.). | | |
| 1238. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Herbipolensis Episcopi facultas pro Abbate ecclesiae Sancti Michaelis in Babenberg, ad construendam capellam in villa Heide (Oberhaid), Data Herbipoli XIII. Kal, Aprilis, (20. Mart.) Ind. XI. Episcopatus anno XIII. |
| 1238. | Gregorius Papa IX. in causa Reimari Ratisp. dioecesis et monasterii S. . . Emerami, propter injurias possessiones, judices delegat. Dat. Laterani VII. Kal. Aprilis (26. Mart.) Pontif. anno XII. v. *Lib. prob.* | | |
| 1238. | Idem monasterium Wessobrunnense in protectionem suam suscipit. Datum Laterani II. Id. (12.) Aprilis, Pontif. anno XII. (M. B. VII. 396.) | | |
| 1238. | Idem monasterium in Staingaden in protectionem suam recipit. Dat. eodem et ibidem. (M. B. VI. 524.) | | |
| 1238. | Idem dicto monasterio confirmat ecclesiam Nicolai in Widergeltingen, a Godescalco, Augustensi Episcopo, donatam. Dat. eodem et ibidem. | | |
| 1238. | Ejusdem mandatum ad Abbates de Baron, Steingaden et Pollingen, ut bona monasterii Wessobrunnensis alienata revocent. Datum Laterani Id. (13.) Aprilis, Pontif. anno XII. (M. B. VII. 397.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1238. | Idem Abbati de Barron, in Diessen et in Pollingen ecclesiae Praepositis committit, ut litem inter monasterium Wezzobrunense ac Conradum et Henricum milites de Spanagel, ob perpetrata spolia, decidant. Eodem et ibidem. | | |
| 1238. | . . . . . . . . . | Gregorius Papa IX. Abbatibus Campidonensis ecclesiae perpetualiter usum mitrae indulget. Dat. Laterani XVII. Kal. Maii (15. April). Pontif. anno XII. | |
| 1238. | . . . . . . . . . | Similiter Abbatibus in Uotenburon. Eodem et ibidem. | |
| 1238. | Idem monachos, qui Wezzobrunnensi Abbati violentas manus injecerint, ab excommunicatione absolvere indulget. Datum Laterani XVI. Kal. Maii (16. April.). Pontif. anno XII. | | |
| 1238. | Idem Bertoldo Praeposito in Staingadem confirmat possessiones a Duce Welfone fundatore collatas. Dat. Laterani per manum Stephani S. R. E. Presbyteri Cardinalis, XIII. Kal. Maii (19. April). Pontif. anno XII. Ind. X. (XI.) | | |
| 1238. | Ejusdem Bulla, ad querelam Abbatis Sancti Emmerami, ecclesiae de Rute (Vogtsreut am Inn) patroni, impertita, ut H. . . Rector ejusdem ecclesiae ad residentiam astringatur. Dat. Laterani XI. Kal. Mr̃ii (21. April). Pontif. anno XII. | | |
| 1238 | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | L. . . . Wormaciensis Episcopi indulgentiae pro canonizatione Sancti Brunonis Episcopi Herbipolensis. Data apud Augustam VIII. Kal. Junii (25. Maii). Episcopatus anno IV. |
| 1238. | Idem in causa monasterii Altahensis (Niederaltaich) contra F. . . de Gerolsingen, nobiles viros Abramum de Halse W. et . . . . . . . fratres de Schawbenberk, etc. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | praetensas decimas concernente, S. Emerami Praepositum et quosdam alios judices delegat. Datum Laterani V. Id. (9.) Junii, Pontif. anno XII. | | |
| 1238. | . . . . . . . . . | Coram Sibotone, Augustensi Episcopo, Manigoldus de Sibennich Bertoldo, Praeposito de Staingaden, donat omnia bona sua in villa Sibennich, cum jure patronatus et advocatia in ipsa ecclesia et in bonis. Dat. Augustae super curia Episcopi publica, in domo sua superiori. Act. XV. Kal. Augusti (18. Julii). | |
| 1238. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX. monasterio in Wilzburg jura sepulturae indulget. Datum Anagniae. Id. Augusti (13. Aug.) Pontif. anno XII. |
| 1238. | . . . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Rex, civibus de Nordlingen ad reparationem combustae civitatis et domorum suarum remittit completi triennii precarism. Datum in castris, in obsidione Brixiae, mensis Septembris. vid. *Lünig* l. c. P. spec. Cont. IV. Th. II. p. 3. | |
| 1238. | Apostolici judices in oppido Wilhaim delegati, in causa Praepositi de Staingadine contra Praepositum de Raitenbuch, acta et actitata irrita declarant et nulla. Acta in praedicto oppido V. Id. (11.) Octobris. | | |
| 1238. | Eberhardi, Salisburgensis Archiepiscopi, litterae investiturae pro Dieterico Praeposito Sancti Zenonis super ecclesia Pilersee. XIV. Kal. Decembris (18. Nov.). (M. B. I. 383.) | | |
| 1238. | Chunradus Comes de Wasserburgk, Attilensi monasterio de suo granario et modio in Wasserburg, qui | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
| --- | --- | --- |
| | vulgariter Castenmoz dicitur, decimas tribuit. Actum Ind. XI. (M. B. I. 223.) | |
| 1238. | Idem dominabus Sancti Sixti in Hohenawe tradit ecclesiam, areas quasdam et decimam apud Hohenawe, infra ambitum et septa vallis, e proprietate Udalrici, Altensis Abbatis, per aliud praedium in Gansbach mutuatus. Acta Ind. XI. (M. B. XVII. 5.) | |
| 1238. | Transactio inter monasteria de Reitenbuech et de Staingaden super nemore montis Ilchberg. Act. Ind. XI. (M. B. VIII. 23.) | |
| 1238. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1238. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1238. | Bertholdus, Comes de Lechisgemunde, ad petitionem filiae suae Agathae, Heinrico, Caesariensi Abbati, confert curiam quandam in villa Moravchishein et Gunehof. (Marsheim?) Testis: gener suus, Bertoldus, Comes de Wesch. Acta Ind. XII. | |
| 1238. | Bernhardus, Abbas in Buria Sancti Benedicti, a Iutta Heinrici de Hurinin uxore comparat bona in Eglingin. (M. B. VII. 120.) | |
| 1238. | Idem Dominum Ulricum Vertingum de Su'chen inbeneficiat de advocatia bonorum in Egelingen. (M. B. VII. 121.) | |
| 1238. | Idem Domino Alberoni Grassen, ministeriali suo, tria locat praedia in Arbenriet, Egenriet et Ebrolfingen. (M. B. VII. 122.) | |
| 1238. | Otto de Werde, Ducis Bawariae ministerialis, profitetur, quod Wolfardus, soceri quondam sui Sifridi Foggonis filius, Henrico, Caesariensi Abbati, contulerit | |



## Franconica.

Hermannus Herbipolensis Episcopus monasterium Ebracense in protectionem suam suscipit. Act. Ind. XI. Episcopatus anno XIII.

Thegenhardi Sancti Johannis in Houge Praepositi compositio inter Alhardum Abbatem in Ebera ac Lentherum Scultetum Praepositi in Vare, ex qua Lenthero duae librae et dimidia denariorum porriguntur, quatenus monasterium Ebracense liberum ab omni querela permaneat, excepta recognitione pro decimis in Husen et Elgersheim. Datum Ind. XI.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | praedium suum in Eschelingen. Testes: Heinricus Praepositus de Diezzen, Eberhardus de Porta frater ejus. | | |
| 1238. | Heinricus, Comes de Ortenberch, uxori suae Reize et pueris, quos suscipiet ex ea, donat castrum in Mura cum omnibus pertinentiis. Act. in ipso castro Mura. Testis: Rapoto Palatinus, filius fratris praedicti Comitis. | | |
| 1238. | . . . . . . . . . | Hartmanni Comitis de Dilgen consensu, Berhtoldus miles de Hohsteten Augensis ecclesiae ministerialis, Heinrico Abbati ejusque conventui vendit praedium suum in Nawe, pro LXXV, libris Werdensis monetae. Acta in Castro Dilgen. Testes: Hartmannus Comes de Dilgen et filius suus Albertus. | |
| 1238. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Conradus Fuldensis ecclesiae Abbas, Gerlacus Decanus, totusque conventus ibidem, fratribus domus hospitalis Sanctae Mariae Teutonicorum Herbipoli appropriant septem talentorum redditus in villa Heytingesvelt, Friderico quondam Imperatori in feudum porrectos. Datum apud Fuldam Ind. XII. pridie Kal. Novembris (31. Octobr.). Testes: Gerlacus Sanctae Mariae, Bertoldus Sancti Petri, Albertus Sancti Johannis Baptistae et Gerlacus Sancti Michaelis Praepositi. |
| 1238. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Ludewici, Comitis de Otingen et Friderici de Truhendingen consensu, Alhaidis de Appesberch ecclesiae beatae Mariae in Ahusen donat quatuor curias et tres areas in Titenhaim, (Dittenheim, praef. Heidenheim) curiam in Wrenmach, feodum in Ubenbrunn et novale in Fricheneveldе. Datum in Ahusen, sigillante Rudolpho de Castro, quod dicitur Hoheshus, Rudolpho de Castro Ruheshus, Hermanno de Habeltingen. Testes: Ludewicus fratruelis Comitis de Otingen, Marquardus de Trohtelvingen, Fridericus Minister de Nordelingen. Cunradus Dapifer de Truhendingen. Marquardus de Wiltingen. Cunradus Dapifer de Rechenberc. |
| 1238. circiter. | Albertus de Hals Rudegero Pataviensi Episcopo feudum suum Pataviense in villa Oberwerde ad manus Ecclesiae Altahensis (Niederaltaich) refutat. | | |
| 1238. circiter. | Bernhardus Abbas in Buren jure censuali concedit Sibotoni agros ab Liukardi matre olim cultos. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1239. | Gregorius Papa IX. Ducem *N. N.* Bavariae in specialem suam protectionem recipit, ne sine Papae expresso mandato excommunicationis sententia feriri possit. Datum Laterani V. Id. (9.) Februarii, Pontif. anno XII. | | |
| 1239. | Idem Abbatem . . . . . Ratisponensis dioecesis et Heinricum de Lerchenvelt Canonicum Ratisponensem, in causa monasterii Altahensis (Niederaltaich) contra nobilem virum Heinricum Comitem de Ortenberu, quasdam villas ecclesiae incendio devastantem, judices delegat. Dat. Laterani III. Id. (13.) Martii, Pontif. anno XII. | | |
| 1239. | . . . . . . . . . | Fridericus, Praepositus in Wihimberch (Weihenberch) C. . , molendinatori in Turhein (Oberthierheim) molendinum ibidem jure feodi ad dies vitae concedit. Acta II. Id. (14.) Martii. | |
| 1239. | Idem ecclesiam de Ermenprucke (Arnpruck) et villam ibidem, a Comite Bertholdo de Pogen monasterio in Altaha (Niederaltaich) donatas, confirmat. Datum Laterani XV. Kal. Aprilis (18. Mart.) Pontif. anno XII. | | |
| 1239. | Idem jus patronatus, ecclesiae de Ermeprukie ex concessione quondam Bertholdi Comitis de Pogen, patroni ejusdem, et Ch. Ratisponensis Episcopi consensu assecutum, monasterio Altahae (Niederaltaich) confirmat. Datum eodem et ibidem. (M. B. XI. 205.) | | |
| 1239. | Idem Decanum, Scolasticum, et Heinricum Canonicum, Ratisponenses, judices delegat ad inquirendum de incendio villarum Rohozzinge et Puchoven, per H. Comitem de Ortenberch, Alramum de Hals militem, aliosque perpetrato. Datum Laterani XII. Kal. Aprilis, (21. Mart.) Pontif. anno XIII. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Cuno de Frikenhusen ad mandatum Domini Episcopi in Italiam transiturus ultimam voluntatem suam Novi Monasterii canonicis quibusdam exhibet. Actum apud Wirzburg III. Kal. Aprilis (30. Mart.) Ind. XII. |
| 1239. | Gebehardo, Langravio de Lukenberg consentiente, quidam Tucheler de Nappurg confert ecclesiae Sanctae Mariae in Speinshart praedium quoddam in Liche. Acta II. Kal. Aprilis (31. Mart.). | | |
| 1239. | Gregorius Papa IX. Praepositum Sancti Nicolai ad cognoscendam causam super decimis quibusdam ad monasterium Altahae inferioris attinentibus committit. Datum Laterani VI. . . . . . Martii . . . . Pontif. . . . . anno XII. | | |
| 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Domus hospitalis Sancti Johannis in Wirceburg, Gisilae Marquardi Crusonis militis de Sande viduae vendit aream quandam Tuteche viduae, horto eorum vicinam. Act. in mense Marcio. Ind. XII. Episcopatus anno XIV. |
| 1239. | . . . . . . . . . | Conradus, Friderici filius, in regem electus, civibus de Nördlingen remittit precariam ad duos annos ulteriores. Datum apud Newrnberg, mense Martii. Ind. XII. | |
| 1239. | Idem Abbates de Prule et de Windeberge inquisitores delegat in causa monasterii Altahae inferioris, contra Ducem Bavariae aliosque laicos, ob ecclesias de Otelingen et de Peren, ac villas de Iserhoven et Tundorf incendio devastatas. Datum Laterani VII. Id. (7.) Aprilis, Pontif. anno XIII. | | |
| 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gregorius Papa IX. Conventum ecclesiae de Rebedorf, ordinis Sancti Augustini Eistetensis dioeceseos, sub beati Petri et sua protectione suscipit. Datum Laterani XVIII. Kal. Maii. (14. April.) Pontif. anno XIII. |
| 1239. | Idem monasterium in Altha (Nieder - Altaich) Pataviensis dioecesis sub Abbate Ditmaro in beati | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | Petri protectionem suscipit. Datum Laterani XVII. Kal. Maii (15. Apr.) Ind. XII. Pontif. anno XIII. (M. B. XI. 207.) | | |
| 1239. | Ulrici, Abbatis ad Sanctum Emmeramum, confoederatio cum capitulo cathedrali, contra cives Ratisponenses, collectam seu steuram de monasteriis civitatis extorquentes. Dat. Ratisponae IX. Kal. Maii. (23. April.) | | |
| 1239. | Ratisponense Capitulum duos chori vicarios denuo ordinat. Dat. pridie Kal. Maii (30. April.). vid. *Ried.* l. c. num. 400. | | |
| 1239. | . . . . . . . . . . | Berchta, Comitissa de Marsteten, cum consensu mariti sui Domini Gotefridi Comitis de Marsteten, coenobio Caesariensi confert curiam in vico Tussin. Act. Ind. XII. V. Non. (3.) Maii. Testes: Magister Albertus de Mutingin, Phisicus. Sigillante Heinrico de Burgowe. | |
| 1239. | Henricus, Abbas Rotensis, coram Jordano judice Monacensi, indultam ab Episcopo Frisingensi telonei libertatem comprobat. Datum apud Monasterium V. Kal. Junii (28. Maii). vid. *Westenrieders* Beiträge V. 236. | | |
| 1239. | Rimnarus, Pataviensis Episcopus, decimas quasdam parochiae in Gryeshpach (Griesbach) ad officium custodiae revocat. Dat. Pataviae IX. Kal. Junii (29 Maii) Ind. XII. Pontif. anno VI. | | |
| 1239. | Gregorius Papa IX. in causa Praepositi de Steingaden contra Praepositum de Raitenbuch super quibusdam terris, silvis et aliis rebus judices delegat. Dat Laterani III. Kal. Junii (30. Maii). Pontif. anno XIII. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, fratribus hospitalis Sanctae Mariae domus Theutonicorum confert decimas in Gerut (Reuth, praef. Heilsbronn), a Burchardo de Witansdorf sibi resignatas, et per alia bona in Stadele compensatas. Dat, apud Nurenberg mense Junii. Ind. XII. Episcopatus anno XIV. |
| 1239. | . . . . . . . . . | Siboto, Augustensis Episcopus, monasterio in Ursperch incorporat ecclesiam in Celle (Mindelzell), ad quam praesentare sibi hactenus competiit. Dat, Augustae IX. Kal. Julii (23. Junii). | |
| 1239. | Concordia inter Ottonem, Palatinum Comitem, et Heinricum Comitem de Ortenberch, de liberis ministerialium, in utriusque potestatem nubentium, aequaliter dividendis. Testes inter *nobiles*: Chunradus, Comes de Wazzerburc. Chunradus Comes de Mosburg. Wernardus de Uttendorf. Heinricus de Schowenberch. Ludwicus de Hagenowe. Inter *Ministeriales*: Albardus de Preisingen. Sifridus de Vrowenberch. Act, Purchhusen VIII. Kal, Augusti (25. Julii).<br>*Lünig* Spic. secc. II. p. 1836. | | |
| 1239. | Heinricus Comes de Ortenberch concordiam istam acceptat. Ibidem. | | |
| 1239. | Siboto, Augustensis Episcopus, litem inter Bertoldum militem de Risisburch et monasterii Steingadensis conventum, super jure patronatus ecclesiae in Gebrem, definit. Acta III. Kal. Augusti (30. Julii) Ind. XII. die Sabbati Sanctorum Martyrum Abdon et Sennen.<br>(M. B. VI. 523.) | | |
| 1239. | Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Conrado Rebdorfensi Praeposito pro quibusdam bonis, sitis in Lengenvelden sub castro suo, duas dat curias sitas in Welintingen (Walting, praef. Eichstaedt) et duas piscarias, Vischlehen. *Praesentes*: Comes de Mosburch, | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | Ortlibus de Hsidowe. Fridericus Marscalcus Ducis, de Chemenaten. Johannes Dapifer Ducis, de Reno. Gotfredus et Hugo Capellani Ducis. Datum Struobing, per manum Ulrici, Notarii Ducis, XIII. Kal. Octobris, (19. Septembr. Ind. XII. | | |
| 1239. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sifridus de Kunstat Sancto Georio tradit servum, nomine Wolframum, Act. VII. Kal. Novembris (26. Oct.) in choro Georii. |
| 1239. | Ecclesiae Sancti Emmerami conventus Chunrado Stadlaer locat quandam aream inter institas sitam, a domina Otilia (vidua b. m. Henrici de Seidlern) pro remedio animae suae monasterio dicatam. Act. Kal. (1.) Novembris. | | |
| 1239. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, possessiones in Hohinawe, a Conrado Comite de Wazzirburg cum monasterio Atil permutatas corroborat. Datum anno domini MCCXXXIX. apud Myldorf, VIII. Id. (6.) Novemb. Ind. XII. (M. B. XVII. 5.) | | |
| 1239. | Brixinense Capitulum cum consilio Hawardi, Judicis ab aula Imperiali constituti, homines Praepositi in Pollingen apud Matrey, ad ecclesiam Brixinensem recipit. Act. coram Capitulo et coram Roudolfo Villico de Matrey, Friderico Carnifice ibidem. Die Iduum (13.) Novembris. | | |
| 1239. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Ottone, Duce Meraniae, Comite Palatino Burgundiae, cum consensu nobilis viri Hermanni de Arinsteine, Gotfridus de Ziginvelt ecclesiae Langheimensi confert duos mansos in Kotil. (Röttel, praef. Lichtenfels) itemque Tein de Kotil, et Heinricus de Windisbach duos alios mansos ibidem. Dat. in Liechtinvels, per manum Hermanni Notarii, ultima Kal. Decembris, (14. Novembr.) Ind. XII. |
| 1239. | Fridericus, Eistetensis Episcopus, ecclesiae Cesariensi donat decimam in Egwil, a Comite Gebehardo de Hirzpere resignatam. Testis: Ulricus Dapifer de Griez- | | |

 

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | pach. Acta XVII. Kal. Decembris (15. Nov.) in choro ecclesiae Eistetensis. | | |
| 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, Poppo Babenbergensis Electus, et Otto Dux Meraniae, Palatinus Comes Burgundiae, recognoscunt, montem Stekilz (Stechilz, praef. Banz) donatione beatae memoriae Ottonis octavi Episcopi Babenbergensis ad jus et proprietatem ecclesiae Banzensis pertinere. Acta V. Kal. Decembris (27. Nov.) Ind. XIII. vid. *Sprenger* l. c. pag. 377. |
| 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Boppo, Babenbergensis Electus, advocatiam in Radolfestorf (Rattelsdorf) a praedecessore et patruo suo Ehkeberto, Babenbergensi Episcopo, conventui Sancti Michaelis traditam, confirmat. Dat. apud Nurenberc VII. die Decembris. |
| 1239. | Engelschalkus, civis Pataviensis, monasterio Ranshovensi obligat areas et domus suas sitas in insula, in inferiori urbe, Werde dicta. Dat. apud Pataviam V. Id. (9.) Decembris. | | |
| 1239. | Heinricus, Comes de Ortenberch, ecclesiae Ebersbergensi tradit hubam in Chapfhaim. Actum XIX. Kal. Januarii (19. Dec.). | | |
| † 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Banzensis Abbas, structuras castri Schotenau (Schottenstein) et in monte Stekelz interventu Babenbergensis et Herbipolensis Episcopi nec non Meraniae Ducis destructas esse, perhibet. Act. Ind. XIII. vid. *Sprenger* l. c. pag. 377. |
| 1239. | *Otto, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, ad preces illustris viri avunculi sui, Comitis Chunradi de Wazerburch, Conventum in Veteri Hohenawe sub protectione sua recipit. Datum apud Sewen Ind. XIII. (M. B. XVII. 4.) | | |
| 1239. | Heinricus, Brixinensis Episcopus, Chunrado Scolari, filio mortui Alberti, Senioris de Reishon, confert possessiones in Weinberch. Act. in Curia ante Monasterium. (Confirmatum MCCLVIII. per Brunonem.) | | |
| 1239. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Roperto dicto de Carben, Sculteto in Frankenfort, Heinricus miles de Renchaim, dictus Scobelin, ecclesiae de Aulisburg donat proprietatem suam in Buchen (praef. Amorbach). Actum in Frankenfort. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1250. circiter. | . . . . . . . . . | Fridericus Minister de Werda Abbati ibidem resignat praedium Rechheim et duas areas in Werd, pro alio praedio in Bergen, ab Abbate Heinrico in Heisheim prius comparatas, recipitque alterum praedium aequivalens in villa Muendelingen. Act. in Castro Werde. Testis: Otto, Liber de Wellenwart. | |
| 1250. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | C. . . de Trimberc Commendator domus hospitalis Sancti Johannis in Wireeburg, matronis apud antiquam capellam, domui Sancti Johannis contiguam, inclusis, promittit octavam sepi singulis annis in nativitate domini, pro capella in festivitatibus illuminanda. |
| 1250. circiter. | . . . . . . . . . | Albertus de Hurnheim Heinrico Abbati in Haisheim confert praedium suum in villa Meulingen. | |
| 1250. circiter. | Soufya, Abbatissa in Suneburch (in Tiroli), dominum Albertum de Rischon investit de bonis Abbon et Caselle. Testes: Comes Hermannus. Dominus Hugo de Tuovers. Actum ad Sanctum Laurentium coram judice Hawardo. | | |
| 1250. circiter. | Heinricus de Wille, Sacerdos, fratribus in Burren tradit quatuor talenta denariorum, pro decima curiae in Puhile. vid. *Meichelbeck* num. 78. | | |
| 1250. circiter. | . . . . . . . . . | Hartmanno, Comite de Dilingen, ratum habente, Heinricus Abbas de Haisheim (obiit 7. Oct. h. a.) a Rudolfo milite de Sevelingen numerum quendam casseorum, ex quibusdam agris praedio Aichheim adjacentibus solvendum, redimit. Testes: Comes Hermannus de Dilingen. Albertus filius suus. | |
| 1250 circiter. | Eberhardus de Husern, ecclesiae Burensis ministerialis, ad altare Sancti Benedicti tradit curiam suam et molendinum in Egelingen. Acta in villa Pesainskir. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro aedificiis ruinosis cathedralis ecclesiae Herbipoli. Datum Herbipoli Kal. (1.) Januarii, Ind. XIII, Episcopatus anno XV. |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Swiggerus de Oberbach Hermanno Episcopo Herbipolensi vendit medietatem castri Bibelried (praef. Kitzingen) pro C. C. C. libris Hallensium, Hedwigi autem matronae de Bibelried pro alia securitate vidualitii assignat villam Gozbrehteswinden, (Brotswinden?) et advocatias villarum Razenwinden, Wizelsdorf, Rumolistorf, Windischschneitbach et Clafheim, (praef. Herrieden). Testes: Siboto de Ergersheim sororius Swigeri et Heinricus Amannus ejus. Acta MCCXL. IV. Non. (2.) Januarii. Ind XIII. Episcopatus Hermanni anno XV. |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Marchio de Burgowe annuente legitima consorte sua Adelheidi, et filiis suis Ulrico et Heinrico, singulis Herbipolensis ecclesiae Episcopis pro feudo offert praedium suum liberum in villa Rezze (Kissingen). Testis: Albertus de Ohsenfurt, qui eidem placitis ex jussu Episcopi adfuit. Datum apud Schalkelingen Ind. XII. (XIII.) III. Id. (11.) Januarii. |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus Pincerna de Clingenberc Sifridum filium Engelrici de Henzeheim beato Kiliano ad Marscalci officium delegat. Actum V. Kal. Februarii (28. Januarii) Ind. XIII. |
| 1240. | Coram Sifrido, Ratisponensi Episcopo, Imperialis aulae Cancellario, Ulricus miles de Puelnhoven praedium suum in Puelnhoven (praef. Burglengenfeld) vendit Abbatissae Irmgardi, ordinis Cisterciensis ibidem. Actum IV. Non. (2.) Februarii, Ind. XIV. (XIII.) Pontif. anno XIV. | | |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Tractatus inter Hermannum Episcopum et Cunradum de Smidevelt super proprietate Richolfi de Ried ejusque castrense feodo in castro Ried. Testes: Cunradus Abbas Sancti Burchardi. Gotefridus Decanus majoris ecclesiae. Hermannus Decanus Novi Monasterii. Otto Comes de Botenlouben. Data VII. Id. (7.) Februarii. Ind. XIII. Episcopatus anno XV. |
| 1240. | Heinricus, Comes de Ortenberch, uxori suae Reize, obligat possessiones suas et terras in officio Ekenhaim, pro quingentis marcis. Acta Ortenberch pridie Id. (12.) Februarii. Testis: Comes Chunradus de Wazzerburch. | | |
| 1240. | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius, Sanctimonialibus ordinis Cisterciensis confert ecclesiam Puelnhoven ad coenobium ibidem fundandum. | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | Acta Ind. XIII. IV. Id. Martii (12. Mart.) Pontif. anno XIV. | | |
| 1240. | Choonradus de Hohenvels et Heinricus frater, dominabus in Boulenhoven ordinis Cisterciensis, confert locum Bolnreut (Pollenried). Acta Ind. XIII. III. Id. (13.) Martii. | | |
| 1240. | Gregorius Papa IX. Abbati in Raitenhaslach absolutionem Ducis Bavariae ab excommunicatione nunciat. Dat. Laterani II. Id. (14.) Martii, Pontif. anno XIII. (M. B. VI. 366.) | | |
| 1240. | Idem Dietmaro, Abbati Altahensi (Niederaltaich) et successoribus ejus mitra et annulo uti, indulget. Datum Laterani II. Id. (12.) Aprilis Pontif. anno XIV. (M. B. XI. 211.) | | |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Decanus et Capitulum Novi Monasterii fratribus Sancti Johannis domus hospitalis Herbipoli vendunt vineam quandam in Salkberg (Schalchsberg). Acta III. Id. (13.) Aprilis. |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Thuringiae Lantgravius, Saxoniae Comes Palatinus, frater Conradus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum in Ierusalem Minister, frater Henricus de Hohenloch vices ejus per Allemanniam gerens et Gotefridus de Hohenloch componunt discordias inter Herbipolensem Episcopum, et nobilem virum Comitem Bopponem de Henneberc filiosque suos Henricum et Hermannum exortas. Tractata in Swinfurt. Actum apud Herbipolim VIII. Id. (8.) Maii. Ind. XIII. vid. *Schoettgen* Tom. II. pag. 580. *Spangenberg* in Genealogia Hennebergica, pag. 106. |
| 1240. | Conradus, Friderici Imperatoris filius, Rex Romanorum, Egenoni, Brixinensi Episcopo, post regalium investituram, exceptis quatuor officiis principalibus, concedit universa Episcopatus sui officia, nec non quod possit excomunicatis feuda denegare, oppignorationes ecclesiae revocare, et perdurantes in excommunicatione altero gladio persequi. Act. apud Nordelingen mense Maii. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1240. | Conradus Pincerna de Winterstetten recognoscit acceptas in feudum per Egenonem Episcopum quatuor carradas de meliori vino, quod Algunderae crescit, et C. C. C. caseos solitos dari in Matrey. Dat. apud Nordelingen, mense Madio. | | |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Friderico Sancti Stephani Abbati confert exercitium juris advocatiæ in Hochheim, a Conrado de Linach pro quadraginta quatuor marcis argenti redemtum. Testes: Otto Praepositus, Engelhardus Praepositus in Muchestat, Marquardus Praepositus in Onoldesbach, Albertus Praepositus in Orengowe. Actum in mense Maii. Episcopatus anno XV. |
| 1240. | Compromissum in Egnonem Brixinensem Episcopum, in causa Hugonis de Tuvers et Arnoldi de Rodinch. Testis: Comes Ulricus de Ultimis. Acta II. Id. (12.) Junii in Enholz. | | |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gotfridus de Hohenloch domino Hermanno Episcopo Herbipolensi contra omnem hominem auxilium stipulatur. Testes: Frater Conradus venerabilis Magister domus Teuthonicorum, Frater Heinricus de Hohenloch Gotfridi germanus, Th. Praepositus de Hooge. Actum mense Junio. Ind. XIII. sub sigillo Conradi Romanorum Regis. |
| 1240. | . . . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Imperator, Hilteprando Abbati Sancti Udalrici apud Augustam confirmat privilegium Friderici I. Imperatoris (de dato 7. Octobris 1182). Data Capuae mense Junio, Ind. XIII. | |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni, Herbipolensis Episcopi consensu, Lodewicus de Offenheim Waltero Abbati in Hahelsbrunnen vendit vineam sitam in monte Rode apud Randesaker. Testes: Godefridus de Sweigere Decanus, Arno de Gebesedele, Ebordus filius Dapiferi, Heinricus Pincerna. Facta Kal. (1.) Julii. Ind. XIII. |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus de Zwernz, dictus Waltpoto, Advocatiam super bonis a progenitoribus suis ecclesiae in Banze collatis, scilicet: in Mittelouwe (Mittelau), Nusezze (Neuses), Hengesazlt (Pfersfeld), Brechtungen (Prechting), Wolfestorf (Wolfsdorf, praef. Lichtenfels) et Lubegast (Leugast, praef. Kulmbach), usurpatam remittit. Act. apud Babenberg Ind. XIII. X. die intrante Julii (10. Julii). vid. *Sprenger* l. c. pag. 180. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1240. | . . . . . . . . . . . | Conrat, Romschen Kunic unde Erbe de Kuneriches ze Ierusalem, Urtlbrief zwischen Falcmaren von Kemenathen unde der Stat ze Bueron, (Kaufbeurn) über die beiderseitigen Gemeindegrenzen. Hier an was Conrad der Schenke, und Conrad der Läutkircher, der Amman von Bueron. Gegeben an Sante Iakobes Tage. (25. Julii).<br>vid. *Lünig* I. c. Parte sp. Cont. IV. Th. I. p. 1250.<br>(Omnium, ex Regiis Archivis, Germanici idiomatis, primum exemplar et vetustissimum.) | |
| 1240. | Otto, Dux Bavariae, cleri Frisingensis immunitates restituit, et possessiones ejus ab exactione equorum et albergariorum liberas declarat. Datum per manum Ulrici, Notarii principis, apud Landshut in castro Ducis, V. Kal. Septembris (28. Aug.). Testes: C. junior de Truhendingen. Henricus de Niffen. Comes Conradus de Mosburga. | | |
| 1240. | Fridericus, Dux Austriae et Styriae, fratribus in domo Sancti Nicolai Pataviae, immunitatem a teloneis Austriacis concedit. Dat. apud Medlicum castrum Ind. XIII. VIII. Kal. Octobris (24. Septemb.).<br>(M. B. IV. 341.) | | |
| 1240. | Idem monasterio Raitenhaslacensi eandem immunitatem innovat. Dat. ibidem et eodem. (M. B. III. 136.) | | |
| 1240. | Egeno, Brixinensis Episcopus, nobili viro Volchmaro de Chemenaten promittit unum dextrarium et C. marcas argenti, sive M. libras Veronenses; vel vice ejusdem | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | pretii advocatiam in Eztal, per nepotem suum, Ulricum Comitem de Ultimis oppignoratam, ea lege ut omni tempore accurrat contra Comitem Tirolensem. Act. penultima die Septembris (29.) apud Andrian. | | |
| 1240. | Fridericus de Perge castrum in Zeizkofen, a Sifrido, Ratisponensi Episcopo, in proprium comparatum, pro feodo recipit. Testis Comes de Roteneche. Actum XVII. Kal. Novembris (16. Oct.) Ind. XIV. vid. *Ried* l. c. num. 402. | | |
| 1240. | Rapoto, Palatinus Comes Bavariae, pro reconciliatione cum Sifrido, Episcopo Ratisponensi, renunciat omni rancori contra ipsum et civitatem Ratisponensem, occasione captivitatis suae; restituit castrum et villam Utter, ad Episcopatum attinentem, feodum Ramsowarii, et bona in Riswegen; resignat advocatiam per totam vallem Brihsie, hactenus titulo feudali possessam. Insuper spondet, ne munitiones aedificentur infra castrum Rufstein et montem Iochperc, inter quae loca sita est vallis Brihsiae, et promittit, se contentum fore in Hiltegersperge et omnibus terminis suis, antiquo teloneo; offert denique in recompensam damnorum illatorum Episcopo castra sua Schindelberc et Sperten, quae ab ipso in feodum recipit. Testes: Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae. Hartmann Comes de Dilin. Cunrad, Borchgravius de Nurenberc. Fridericus junior de Truhending. Bertold Comes de Greiffesbach. Gebhardus junior, Comes de Hirzberg. Altmannus de Abensperc. Act. mense Octobris, Ind. XIV. vid. *Ried* l. c. num. 404. | | |
| 1240. | . . . . . . . . . | Amicabilis compositio monasterii Sancti Udalrici in Augusta et Sancti Magni in Fuozbach de mutuis connubiis | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| | | mancipiorum. Acta Ind. XII. (XVI.) mense Octobri. (M. B. XXII. 213.) |
| 1240. | Otto, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, Hartmann Comes de Dilingen, Chunradus Burgrav de Nürnberch, Fridericus jun. de Truhendingen, Altmann de Abensperc, Alh. de Preysing, Sifrid de Vrowenberch, et Ekolf de Warte, Sifrido Episcopo Ratisponensi fide obstagiali sese obstringunt pro servanda concordia inter Rapotonem Palatinum Bavariae Comitem et ecclesiam atque civitatem Ratisponensem inita. Act. apud Ratisponam mense Octobris. Ind. XIV.<br>vid. *Ried* l. c. num. 405. | |
| 1240. | Similiter Chunradus de Luporch ad summam C. librarum, si Rapoto Comes Palatinus Bavariae compositionem initam violaturus esset. Dat. ibidem et eodem.<br>vid. *Ried* l. c. num. 406. | |
| 1240. | Hiltebrandus, Abbas coenobii Sancti Uodalrici et beatae Afrae in Augusta, et Hiltegardis, Abbatissa Sancti Magni in Ruobech, Berhtoldo de Holenbach, civi Sancti Uodalrici annuunt connubium cum Elysabeth, filia domini Chuonradi Praepositi de Ruobach. Acta mense Octobris, Ind. XII. (XIII.) (M. B. XXII. 212.) | |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |



## Franconica.

Fridericus, Sancti Stephani prothomartyris in Wirceburg Abbas, Walperto dicto Torsen confert curiam dictam Herazi, a domina Liebesta cive Herbipolensi resignatam. Acta Ind. XIII. Boppone urbis praefecto.

Heinrico, Abbati in Lanchheim, Wikerus, civis Babenbergensis, dimidiam partem decimae in Lon (Lohm, praef. Kronach) post obitum suum delegat. Act. Ind. XIII.

Hermannus, Herbipolensis Episcopus, Walthero monasterii Heilsbronnensis Abbati appropriat quosdam agros circa villam Schusbach sitos, a Conone milite de Bernheim resignatos, surrogatis sibi in locum feudi per dictum Cunonem domo et agris in Bernheim, vineis apud Bergele, ac horto, domo et agris apud Offenheim. Dat. VIII. Kal. Decembris (24. Nov.) Episcopatus anno XVI. Ind. XIV.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gotfridus et Conradus fratres de Hohenlohe, erga Luipoldum de Rotenburc, Magistrum coquinae, renunciant suo juri in castro Nortinberc, (Nordenberg, praef. Rothenburg) et vivario apud Lindach. Act. mense Novembris. Ind. XIII. (XIV.) |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Cunradus IV. Romanorum Rex electus, Imperatoris Friderici II. filius, ecclesiam Ebracensem cum praedio in Schwabach, in suam et imperii protectionem assumit. Dat. apud Nurinberc mense Novembris, Ind. XIV. Testes: Gotfridus de Hohenloch. Conradus de Smidevelt. Marquardus, Butigularius de Nurenberc. Cunradus Notarius. vid. v. *Falkenstein* l. c. pag. 51. num. 36. |
| 1240. | Otto, Dux Bavariae, omnes libellos ex principio dissensionis inter ipsum Ducem et Cunradum, Episcopum Frisingensem sparsos, cassos declarat. Actum apud Landshut, feria quarta temporum Decembris (19. Dec.).<br>vid. *Meichelbeck* II. 18.<br>*Lünig* spic. Eccl. Cont. I. 519.<br>*Hund* l. c. I. 164. | | |
| 1240. | Coram Ottone Duce, Ottoni de Walde et fratri ejus Ortliebo omne jus saeculare in bonis Abbatis Ditmari de Raitenhaslach abjudicatur. Dat. apud Burchusen VII. Kal. Januarii (26. Dec.). (M. B. III. 135.) | | |
| 1240. | Richza, superioris Monasterii Sanctae Mariae Abbatissa, emtionem domus, quae portam respicit, et praedii in Helmprehtingen (Helmprechting prope Haindling, praef. Mallerstorf) pro LX. librarum pretio, approbat. Actum Ind. XIII. | | |
| 1240. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno, Herbipolensi Episcopo, Gevehardus Onoldesbacensis ecclesiae Canonicus, coenobio Sanctae Mariae in Ahusen ad celebrationem anniversarii sui dedicat XXV. jugera agrorum versus Lerchenberc, et Wolfetal, et apud pontem versus Schalkusen, pratum situm versus Iwe, areas duas apud Bremmuzelum et tertiam versus Lerpurh. Act Pontif. anno XV. Testis: Heinricus de Nurenberc. |
| 1240. | Wolframus plebanus, Richzae, superioris Monasterii Abbatissae, ad emtionem victualium XXX. libras Ratisponensis monetae offert sub pacto anniversarii sui celebrandi. | Hartmannus, Comes de Dilingen, notum facit, quod Richardus Abbas de Kaisheim numerum quemdam caseorum, | Friderici Comitis de Castela consensu fratres de Ebera propter concessam quandam viam per vineas Ebracenses in Thieterichisberc et Rode tradunt ad ecclesiam in Isinsheim (Obereissenheim) quatuor jugera vineti in veteri monte, dicto Durrebere. Testis: Arnoldus quondam Advocatus, miles, |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | ministeriali suo Meinloho de Senelingen, ex quibusdam agris, suo praedio Aicheim adjacentibus, praestandam, XX. marcis argenti redemerit, Testes: Heinricus, Marchio de Burgowe, Heinricus filius suus, Ulricus filius suus, Ludewicus Comes de Oetingen, | |
| 1240. | Patariensis ecclesiae ministeriales ad defensionem et tutelam Episcopi Rudegeri sese adstringunt. Acta Patavise. | Walchunus, Decanus, Plebanus in Horburch, innotescit, quod Ramungus miles de Horburch, Domini Regis ministerialis, ecclesiae Caesariensi donaverit curiam quandam in villa Hurehein, praedium ibidem, et mansum in villa Moendelingen, Act. in monasterio Chaysheim, | Otto Praepositus, Godefridus Decanus Herbipolensis, et Henricus Officiatus, Friderico Abbati ad Sanctum Stephanum resignant molendinum situm super Bleeanam, ubi Mogus dictae aquae conjungitur, |
| 1240. | Bernhardus, Dux Karinthiae, cum Egnone, Brixinensi Episcopo, foedus contrahit. | Ludewicus, Comes de Oetingen, innotescit, quod Fridericus Minister in Nördelingen Richardo, Caesariensi Abbati, contulerit pratum quoddam juxta Ulenberch, Testes: Albertus de Hernheim, Dominus Rudolfus de Alta domo, Dominus R. . . de Irsuta domo, Dominus Hermannus de Haholtingen, Dominus Hertw. de Lierheim, Dominus Egelolfus de Lierheim, Dominus C. . . de Lierheim. | Vollandus et Hainricus Longus fratres, et Cuno de Draslindorf Sancto Georgio offerunt jus suum in Ottonem de Egilesvelt, |
| 1240. | Otto, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, monasterii Raitenhaselacensis bona in Ceidlarn contra fratres de Walde protegenda suscipit. Acta in Castro Purchusen, (M. B. III, 135.) | | |
| 1240. circiter. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, Werdensi ecclesiae tradit hubam quamdam Limperch dictam, a Comite Palatino Rapotone resignatam, pro alio praedio | Heinricus, villicus in Rouheim, Richardo, Caesariensi Abbati, confert duas curias in villa Rauheim, curtem unam in | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | in Oberteuntingen. Testis: Comes Chunradus de Pleigen. Act. Salzburgae. | Hurchenheim, curtem in Turheim, praediolum in villa Waechingen et in Rimheim. Act. coram Sibotone Episcopo Augustensi, in palatio ipsius. | |
| 1240. circiter | Ratisponense Capitulum beneficia ad obellationem suam spectantia in communes usus redigens, cuilibet beneficio certos census imponit. vid. *Ried* l. c. num. 408. | Coram Friderico, imperialium negotiorum Procuratore in Werda, et Heinrico cognomine Kiefaer, ministro in Horburch, Siuridus miles, cognomine Engel, Caesariensi ecclesiae confert XXXII. libras Hallenses pro concesso ad vitae tempus praedio Bouterhelin, simulque de curia sua in Ebermaeringen unam libram denariorum pro anniversario disponit. | |
| 1240. circiter. | Ottonis, Ducis Bavariae consensu Wernherus Paetendorfarius ecclesiae Sanctae Mariae in Ror tradit quoddam pratum in Alrahausen. | | |
| 1240. circiter. | B. Comitis de Greifspach licentia pro coenobio in Shonovelt ad acquirenda in suo comitatu feudalia aeque bona ac propria. | | |
| 1241. | Siboto, Augustensis Episcopus, parthenon in Schönfeld ad fundatorum Chunradi, Romanorum Regis, et Berchtoldi Comitis de Greifesbach Adelhaidisque conjugis preces, de ecclesia Sancti Georgii in Burchheim transfert in Campum Speciorum. Datum Augustae V. Id. (9.) Januarii. (M. B. XVI. 259.) | | |
| 1241. | Ulrici Comitis de Ultimis licentia ministerialibus suis impertita, quod proprias ipsorum possessiones, seu vasalli praedia, ad Capitaneum locum suum Ronnespere pertinentia, Staingademensi ecclesiae libere et absque consensus sui requisitione possint conferre, concesso insuper usu aquarum et aquae ductuum in villa Maise ad | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| | inebriandas vineas et agros ipsorum. Acta in castro, nomine Chuminata, VIII, Id. (6.) Februarii. Ind. XIV. | |
| 1241. | Heinricus, Comes de Ortenberg, fratribus in Alderspach confert praedium quoddam in Liessing. Dat. Ortenberg XVI. Kal. Martii (14 Feb.). (M. B. V. 373.) | |
| 1241. | Fridericus, Dux Austriae et Styriae, fratrum Altahensis ecclesiae (Niederaltaich) vectigalibus per mutas Austriae liberum transitum indulget. Dat. Patavie pridie Kal. Martii, (28. Feb.) Ind. XIV. | |
| 1241. | Idem fratribus in Tegernse concedit liberum transductum victualium per Austriam. Acta Patavise Kal. (1.) Martii. Ind. XIV. (Confirmatum per Ottocharum Ducem apud Chrems, XIV. Kal. Aprilis (19. Mart.) MCCLII. (M. B. VI. 214.) | |
| 1241. | Idem coenobii Formbacensis immunitatem a teloneis Austriacis roborat. Acta Patavise VI. Non. (2.) Martii. Ind. XIII. (XIV.) (M. B. IV. 154.) | |
| 1241. | Rudegeri Episcopi Pataviensis auctoritate, Otto Chlosener, civis Pataviensis, domum suam in civitate tradit ecclesiae et conventui in Osterhoven. Dat. Patavise XII. Kal. Aprilis (21. Mart.). vid. *Hund* l. c. III pag. 27. | |
| 1241. | Egnonis, Brixinensis Electi, pactum cum Comite Alberto de Tyrol, de divisione ministerialium, et castrorum Weraberg, Vidrol dicti, Ursenberg, in monte Sanctae Anastasiae, et Sprechendenstaine in Wiptal destructione, nec non de indivisa infeudatione Comitis Alberti et Ducis Meraniae, in feoda ecclesiae, excepta advocatia, in qua defuncto uno, alter jure haereditario succedat. Acta in Brixin, in capella Sancti Hartmanni die Mercurii XII. Kal. Aprilis (21. Mart.). | |



Franconica.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1241. | Rudigerus, Pataviensis Episcopus, ecclesiae in Ranshoven navibus indulget immunitatem a teloneo Pataviensi, Dat. Pataviae IV. Id. (10.) Aprilis, Ind. XIII. (XIV.). Pontif. anno VIII. (M. B. III, 352.) | | |
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo honestae matronae consanguineae, Juta de Sicherieð et Juta, uxor Sleganti, in jus ministerialium redeunt, Testes: Gotefridus Decanus, Heinricus Notarius de Onolsbach, Otto Parochianus de Wirceburg. Actum XVII. Kal. Maii (15. Apr.). Ind. XIII. (XIV.) Episcopatus Hermanni anno XVI. apud Herbipolim. |
| 1241. | Otto Dux fratribus minoribus, apud Capellam Sancti Salvatoris Ratisponae degentibus, confert aream illam, in qua sedet Ymma vidua, et partem areae domini Rudegeri, quam priorem Ulricus et Cunradus fratres milites de Schillingeswisen, alteram Cunradus miles de Schrosthaven in feodo tenuerant. Testes: Dominus Fridericus et filius ejus de Thruhendingen, Cunradus Comes de Moseburc. Heinricus Notarius Ducis. Datum in Ratispona IX. Kal. Maii (23. April). Luna IX. Ciclo. VII. Ind. XIV. | | |
| 1241 | Chunradus Valenpeck Richzae, Superioris Monasterii Abbatissae, offert praedia sua in Weresingen et in Megelingen. Acta et data apud Ratisponam VIII. Kal. Maii (24. Apr.). | | |
| 1241. | . . . . . . . . . | Gregorius Papa IX. monasterium Sancti Udalrici Augustae sub beati Petri protectione suscipit. Datum Laterani IV. Non. (4.) Maii, Pontif. anno XV. (M. B. XXII. 214.) | |
| 1241. | Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae in Tegerinse Machtildem filiam, Friderici dicti Stiker de Alrsnyo, donat in mancipium. Acta III. Non. (5.) Maii. Ind. II. (XIV.) apud Castrum Dachow. (M. B. VI. 214.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1241. | . . . . . . . . . | H. . . Constantiensis ecclesiae Episcopus, clero suo injungit, ut crucem praedicent contra Tartaros Moguntiae fines invadentes. Dat. Constantiae VIII. Kal. Junii (25. Maii). | |
| 1241. | Comes de Ultimis Brixinensi ecclesiae donat patrimonium suum in plebenatu Silz situm, immo universum in Valle Oeni usque ad terminos Ziller, Wezen, Vinstermindae, Thymels-Joch et Vende constitutum. Act. Brixinae intrante Junio quinta die (5. Junii). | | |
| 1241. | . . . . . . . . . | Conradus Senior de Mazensiezen ecclesiae Steingadensi tradit quatuor curias in Erboldeswank et Holzhusen cum jure advocatiae. Act. X. Kal. Julii (22. Junii) Ind. XIV. (M. B. VI. 525.) | |
| 1241. | . . . . . . . . . | Ludevico Comite de Oetingen, et Ludovico, fratris filio, approbantibus, Ulricus Blosso, et uxor ejus Guta, ipsorum Comitum et soceri sui, Marchionis de Burgowe, ministeriales, Richardo Caesariensi Abbati donant curiam unam in villa Tapheim. Testis: der Markgraue von Burgowe. Acta Ind. XIV. IV. Kal. Julii (28. Junii). | |
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Arnoldus majoris ecclesiae Decanus Walthero, filio Billungi de Bleichvelt, septem jugera vinearum in Winterleiten et quatuor in Cleiseberg jure censuali oblata, ulterius fruenda reddit. Testes: Godefridus Magister coquinae, Hirz Monetarius, Engelhardus Monetarius. Actum V. Non. (3.) Julii. |
| 1241. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus Seonensi monasterio Olingensis parochiae jura confirmat. Datum apud Mühldorf IV. Kal. Septembris (29. Aug.) (M. B. II 134.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Boppo Babenbergensis Episcopus Friderico Comiti de Kastil pro dimidia parte dat pueros Alberti, dicti Vuhs, ex Adilheidi de Vrenstorf progenitos. Actum in Kitzingin. Ind. XIV. IX. Id. (10.) Septembris. |
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, Ottoni Banzensi Abbati, ejusque successoribus, infularum usum concedit.˙ Act. XVII. Kal. Novembris (16.Oct.), Ind. XIV. sedis suae anno XVI. vid. *Sprenger* l. c. p. 352. |
| 1241. | Karolus de Egelolfsheim recognoscit, proprietatem castri Egeloffesheim (prope Ratisponam) Episcopo Ratisponensi attinere, tertiamque ejus partem, hereditario jure possessam, eidem Episcopo offert. Act. . . . . Kal. . . . . Novembris. Ind. XIV. vid. *Ried* l. c. num. 405. | | |
| 1241. | Eberhardus de Widenberch ecclesiae Sanctae Mariae in Speinshart per testamentum legat tres curtes in villa Mulenrute. Act. Ind. XIV. in domo Widenberch. Testis: Albertus de Wirtzburch. | | |
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Wirceburgensis Episcopi sententia, ex qua Iringus, majoris ecclesiae Canonicus et in Swarza (Oberschwarzach) sub castro Stolberc Parochianus, ab Alardo Ebracensi Abbate pro decima quorundam bonorum, ad grangiam in Burnestat (Brunnstadt) pertinentium, recipit quatuor marcas argenti et unum plaustrum foeni eodem modo, sicut antecessor suus in ista parochia, Albertus de Zabelstein. Testis: Marquardus Praepositus de Onoldisbach. Acta Ind. XIV. Pontif. Hermanni anno XVI. |
| 1241. | Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, fratribus in Rettenhasela pro vectura duorum curruum indulget libertatem telonei. Act. in Burchhusen. (M. B. III. 129.) | | |
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Agnes, Sanctae Mariae in Babenberc Abbatissa, Gotscholdo cuidam locat curiam in Stocha (Stocken, prope Leesten. praef. Bamberg). Act. Babenberc. |
| 1241. | Heidenricus, ecclesiae Sanctae Mariae (Niedernburg) ministerialis, eidem confert famulos suos cum bonis, in quibus resident, jure ministerialium possidendos. | . . . . . . . | Heinricus dictus de Wemedingen ecclesiae Sanctae Mariae in Wizenburg sororibus confert curiam suam in Hogehelvelt. |
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Bertoldi ministri in Weissenburg testimonium desuper literis exhibitum. |
| 1241. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gerstatis ibidem. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1242. | Mons Roetove (Rottau? praef. Griesbach) cum suburbio et hortis adjacentibus, inter haeredes fratram Wernhardi el Rikkeri de Roetove aequaliter dividitur, testante Rapotone Palatino Comite Bavariae. Actum in Castro Griespach (Griespach) XVI. Kal. Februarii (17. Jan.), Ind. XV. | | |
| 1242. | Poppo, Bambergensis Episcopus, consanguineo suo, Bertoldo, Marchioni de Ohenburg, qui Nurimbergae pro C, libris fidejussor pro eo extitit, oppignorat civitatem de Amberg cum feodis omnibus, praesentibus Marcwardo, Buttegilario de Nuremberg, et filio suo Jordano. Acta die Mercurii X. exeunte Januario (22. Jan.). | | |
| 1242. | S. . . Ratisponensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius, monasterio Waldsassensi confert proventus parochiae in Tirsenreut, Dat. Ratispone VI. Kal. Aprilis (27. Mart.). Ind. XV. Pontif. anno XV. | | |
| 1242. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Novi Monasterii collegium Magistro et Scolastico R. . . concedit duo jugera in Schalkeberg, et quatuor jugera et dimidium in Ruttental; item Arnoni Cellerario suo duo jugera in Durrebach. Acta mense Martio. |
| 1242. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus donationem decimae in Ulsenheim (praef. Uffenheim), a Manegoldo de Wilperg et Marcholfo de Ulsenheim monasterio Sancti Marci in suburbio Herbipoli factam, confirmat. Act. in Castro beatae Mariae Virginis mense Martii. Ind. XV. Episcop. anno XVII. Testis: Henricus, Notarius, Canonicus Onolsbacensis. |
| 1242. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus II. Romanorum Imperator, ordinis Sancti Augustini apud Wizenburg sororibus confert aream quandam pertinentem, Rudigersbube. Data Capuae, mense Maio, Ind. XV. vid. v. *Schütz* l. c. n. 40. |
| 1242. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, indulget Gerdrudi de Lapide, Abbatissae de Nunnisburg et successoribus ejus, utendi sella sive kathedra et virga sive baculo pastorali. Dat. apud Salzburg IV. Non. (2) Junii. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1242. | Raitenhaslacensis Conventus Plebano de Haiminge tradit hubam unam in Eisechin, pro praedio in Schuzzinge, et passagio ibidem, quod Urnar vulgariter appellatur, confirmante Rudegero Pataviensi Episcopo. Data apud Titimanninge, III. Non. (3.) Junii. | | |
| 1242. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gothfridus de Hohenloch et Albertus filius ejusdem monasterio Hailsbrunnensi renunciant omnia jura in bonis Rupoldesdorf (Ruppersdorf), Cottenhovestetten (Rettenhofstetten), et zur Ebene (Ebenhof). Actum VII. die mensis Junii Ind. XV. Testes: Lupoldus et Heinricus fratres de Rotenburc. |
| 1242. | Rudegerus, Pataviensis Episcopus, testatur, quod Rapoto Palatinus Comes Bawariae jus patronatus et advocatiae in ecclesia Sigehartschirchen coenobio in Boumburch contulerit. Acta in Ecclesia Pataviensi II. Id. (12.) Junii. Ind XV. | | |
| 1242. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus II. Imperator, omnes infeudationes, alienationes, donationes, venditiones, obligationes et distractiones, per Bopponem, Babenbergensem quondam Electum, a tempore transgressionis suae (i. e. ab anno MCCXXXIX. mense Octobris, Ind. XIII.) factas, irritas declarat et inanes, et ex sua ipsa parte feudum Comitis de Bogen, Regi Conrado, filio suo, collatum, Heinrico, Babenbergensi Electo, iterum resignat. Dat. in Castris prope Auczanum in Celano, mense Junii. Ind. XV. vid. *Ussermann* l. c. et *Deduct. Furth.* |
| 1242. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Ramungum de Hamerstein, et Buticularium de Nurenberc constituit procuratores ad revocanda praefata bona, ecclesiae Babenbergensi alienata. Dat. eodem et ibidem. |
| 1242. circiter. | Eberhardus, Archiepiscopus Salisburgensis, eleemosynam praebet ad structuram ecclesiae Rotensis. Datum Ratisponae X. Kal. Augusti (23. Julii). (M. B. I. 383.) | | |
| 1242. | Coram Rudegero, Pataviensi Episcopo, Engelschalkus, Pataviensis civis, domos et areas suas Pataviae in insula Werde monasterio Ranshovenensi offert loco pignoris. Dat. Pataviae III. Idus (11.) Augusti, Ind. XV. Pontif. anno X. | | |
| 1242. | Heinricus, Comes de Ortenperch, in manus Rudigeri, Pataviensis Episcopi, resignat civitatem in Vilsho- | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | ven, a patre suo acquisitam, erga annualem pensionem L. librarum Pataviensis monetae, VI. carratas vini, XXX. scafas siliginis et X. scafas tritici, et usum domus Babenbergensis in Patavia. Acta VIII. Kal. Septembris (25. Aug.) Ind. XV. | | |
| 1242. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus nobili viro Ottoni de Botenloben et Beatrici conjugi suae pro recepta curte, turri et castrensi feodo in castro et circa castrum Botenlauben, nec non pro bonis in Sconeowe (Schönau), Brende, Wegefurth, Wizenbrunnen (Wiesenbrunn), Wizebach (Weisbach), Frankenheim, Hohestruo, (Hrostrem), tradit teloniom lignorum apud Wirceburg, et Vihezoll ibidem, quatuor areas Johannis Aurifabri, unam mensam panis prope portam Calhardi, et redditus in Villa Uzenheim (Eussenheim). Testes: Johannes Abbas in Bildehusen, Gotefridus majoris ecclesiae, Hermannus Novi Monasterii Decani, Wernherus Scriptor, Heinricus Notarius. Actum VI. Kal. Septembris (27. Aug.), Ind. XV. Episcopatus anno XVII. |
| 1243. | Regimerus, Episcopus Pataviensis, capituli confratres invocat, ut Heinrico de Ortenperch pro venditione civitatis Vilshoven suo nomine satisfaciant. Dat. Patav. III. Id. (11.) Septembris. | | |
| 1243. | Compositio inter Bertholdum Marchionem de Hohenburch et Sifridum Ratisponensem Episcopum de castro Hohenburg (praef. Pfaffenhofen) ab Episcopo ea conditione Marchioni in feudum porrigendo, ut possessiones suas proprias, castrum Rorbach et villam Rorbach cum vineis sub castro, aestimata ad XXX. libras annuorum redditum, ecclesiae Ratisponensi offerat, easque cum castro Hohenburg recipiat. Acta XII. Kal. Octobris (20. Septembris), Ind. XV. (Consensus Diepoldi fratris, Actum Ratisponae III. Kal. Septembris, (30. Aug.) Ind. I. MCCXLIII.) | | |
| 1242. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Friderici Abbatis ad Sanctum Stephanum consensu, Poppo, Heroldus, et Sifridus transferunt in quendam Fridericum portionem quandam decimae in Cramuneit (Krumschatz). Acta Ind. XV. |
| 1243. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Conventus Sanctimonialium Cisterciensium in loco nunc dicto Maidburne, olim Eselhusen, Hermanno Wolfoldo, defuncti Sibotonis de Eselhusen socero, pro sua et |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1242. | Ratisponense Capitulum aream intra Judaeos sitam, quam judaeus Haezeop uxorque ejus Gerzuozel jure judaeorum ad vitam obtinebant, in personam judaei Jechili uxorisque ejus Dobrizel commutat. Testes: de Judaeis: Aaron, Abraham, Mussel, Ysaac. Datum 17. Oct. | . . . . . . . . |
| 1242. | Chunradus, Comes de Wasirburch, sororibus ordinis Sancti Sixti in Hochinsee tradit curiam Ainhartingen et hubas in Alratsheim, Wigelheim et Gilratsheim Acta IX. Kal, Novembris (24. Oct.), Ind, XII. (XV.) Datum apud Wasirburch. (M. B. XVII. 6.) | |
| 1242. | Otto, Dux Bavariae, confirmat concambium praediorum Eisching et Schuzing, factum inter conventum de Raitenhasla et Plebanum de Halming. Dat, apud Odingam in die Sancti Martini (11. Nov.). | |
| 1242. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, conventui in Raitenhasla, ab ecclesia sua plantato, concedit liberum bonorum commercium. Act. apud Muldorf XVI. Kal, Decembris (16. Novemb.). Data Muldorf eodem, Ind. I. | |
| 1242. | Idem praedicto monasterio indulget, ut de laicis possint acceptare decimarum donationes. Act. eodem et ibidem. | |
| 1242. | Otto, Dux Meraniae, Palatinus Comes Burgundiae, ecclesiae Diezensi tradit locum Obermoel in villa Diezensi. Actum Ind. XV. Kal. (1.) Decembris. (M. B. VIII. 182.) | |
| 1242. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . |



Franconica.

nepotis Sibotonis cum sorore parte, tria talenta persolvit, ut ab omni ulteriori impetitione desistant. Actum praesente fratre Alberto Priore Praedicatorum. Ind. XV. Episcopatus anno XVII.

Eberhardus de Hertingesberge, W. . . Hannungulo in feodum concedit jus advocatiae in Erelbach (Mit Erlbach) et jus patronatus ecclesiae ibidem. Dat. Nurenberg XVI. Kal. Novembris (17. Oct.). Testes: M. . . Butigularius Nurenbergensis. Heinricus Holzschuher. C. . . Scultetus Nurenbergensis.

Literae fraternitatis Th. . . Abbatis de Sabrelt. cum fratribus in Banze. Dat. VII. Id. (7.) Decembris. vid. *Sprenger* l. c. pag. 243.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1242. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Kunigundis magistra sanctimonialium in Cella fratribus hospitalis Sancti Johannis apud Wirceburch vendit quatuor jugera vinearum, in monte Hasler prope Randersacher sita. Testes: Gotefridus Decanus. Johannes Pincerna. Acta Id. (13.) Decembris. Pontif. Episcopi Wirceburgensis anno XVIII. |
| 1242. | Adelheidis, Comitissa de Lechesgemundt, Junegundi, magistrae Schonfeldensis coenobii, vendit curiam in Illeholdorff, a marito suo Comite Berchtoldo sibi concessam. Datum apud Greifsbach Ind. XVI. (XV.). (M. B. XVI. 264.) | | |
| 1242. | Johannis, Abbatis in Windeberge, consensu Dominus Rudolphus, sacerdos et custos ecclesiae Windebergensis, praedium unum in Chalbenzan, et agros quosdam ibidem, quondam Comiti Leupoldo proprios, ad lumen ecclesiae dedicat. Ind. I. (M. B. XIV. 49.) | | |
| 1242. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Praepositus, Arno Novi Monasterii Vicedecanus, monasterio Sancti Stephani conferunt allodium quoddam in Bertheim, a conventu Coeliportae comparatum. Testes: Echardus Dapifer. Henricus Pincerna. |
| 1242. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sophia, filia Egelolfi, horreum in urbe Babenbergensi vendit fratribus sedium, imposito censu ad custodiam in Tiwerstat (Steinweg suburbio Babenbergensi). |
| 1242. circiter. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto Comes de Botinlauben cum uxore Beatrice de pretio MCC. marcarum venditi castri sui deponit ducentas marcas Episcopo et Capitulo Herbipolensi, et insuper tradit eisdem bona in Arnishusen, (Arnshausen), et in Stupfil. |
| 1242. circiter. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem castri sui venditi ministeriales ad ecclesiam Herbipolensem transmittunt. |
| 1242. circiter. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | M. . , Comitissa de Richenbach, Heinrico Babenbergensi Episcopo mandat, ut summam pecuniae sibi debitam, persolvat Abbati de Billedhehusen. |
| 1242. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, conventui in Raitenhaslach, in territorio aeque ac in fundo Salisburgensi, scilicet in civitate Salzburga, Laufen, Dittmaningen, Muldorf et Werfen bonis fundato, domum liberam a taliis indulget. Act. publice apud Salzburg. in Palatio Archiepiscopi (M. B. III. 139.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1242 | Rutoldus, Castellanus in Tyspach, monasterio in Raitenhaslach confert prædia sita in Montanis uf dem Ritten et Lengenmoose (Lengenmoos auf dem Ritten prope Botzen) pro patris Zachariae anniversario. Testis: Otto de Tyspach. Acta apud Tyspach. | | |
| 1242. circiter | Berchtoldus, Comes de Graisbach, Sibotonis Augustensis Episcopi consensu, capellam Sancti Georii a matrice ecclesia in Burchaim eximit. (M. B. XVI. 265.) | | |
| 1242. circiter. | Gotfried, plebanus in Moeringen, prædiola quaedam in Souzzingen, Soehespuchel et Chobel, per concambium tradit ecclesiae in Raitenhaslach pro quibusdam duobus aliis prædiis in Moeringen. | | |
| 1242. circiter | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Coram Heinrico, Babenbergensi Episcopo, Heinricus dictus Hoige renunciat erga monasterium Langheimense omni juri advocatiae in Forchendorf (Förtschendorf, praef. Teuschnitz). Fidejussor: Heinricus Dominus de Lewenstein. Acta in Castro Lewenstein. |
| 1243. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, advocatiam ecclesiae Sancti Zenonis in Halle, hucusque a Comite Chunrado de Peilstain exercitam, in semet ipsum transfert. Dat. apud Salzburch Id. (13.) Januarii. (M. B. III. 561.) | | |
| 1243. | Idem monasterio Sanctae Mariae in Raitenhaslach donat reditus duorum librarum ex curte apud fluvium Lamere, Zerlamere dicta, et tertiae libras in Appenowe, qui vulgo dicuntur Pindelgelt. Act. Salzburch XVI. Kal. Martii, (14. Feb.). Data Salzburch eodem tempore Ind. I. | | |
| 1243. | . . . . . . . . . | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, Ottoni, illustri Duci Bavariae, confert prædia quaedam certo nomine alio in privilegio expressa, quae dictus Archiepiscopus tempore Ottonis Impera- | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| | | teris a Pincerna de Winterstetten, sine prole defuncto, pro C. C. C. marcis argenti comparavit. Act. apud Ostermundingen, Kal. (1.) Martii, praesente Comite Chunrado de Plaigen. |
| 1243. | Albertus Hertkircherius pro multiplici damno, ecclesiae in Raitenhaslach illato, Walthero Abbati duas dat libras Ratisponenses, et singulis annis XXX. denarios ex praedio suo in Elege. Acta apud Ostermundingen V. Non. (3.) Martii. | |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1243. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, monasterii Raitenhaslacensis praedia, in advocatiis seu comitiis suis, ab omni exactione sive stiura eximit. Act. Salzburch Id. (15.) Martii, Ind. I. anno in ciclo solari XX° ciclo decem novenali anno IX. (Confirmatum ab Archiepiscopo Friderico ibidem VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.) MCCLXXVI.) | |
| 1243. | Heinricus, Comes de Ortenberch, fratribus de Waldsassen confert decimas ex praedio monasterii, per Henricum de Libenstein in manus Heinrici et Alberti, fratrum de Wiltstein, dictorum Nothaft, refutatas. Act. Ind. I. V. Kal. Junii (28. Maii). | |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |



Franconica.

Hermannus Comes de Hennenberc postquam in monte dicto Hennenberc, sito super villam Nuttelingen, aedificia in ecclesiae Herbipolensis damnum erexit, et Domino Conrado Fuldensi Abbati contra ecclesiam Herbipolensem adhaesit, in gratiam Episcopi redit, ecclesiaeque Herbipolensi in feudum offert ipsum montem Hennenberc ac villas Winden, (Windheim), et Pichenbach. Testis: Hermannus Decanus. Actum Herbipoli IV. Non. (4.) Martii, Ind. I. Episcopatus anno XVIII.

vid. v. *Schultes* Geschichte v. Hennenberg. I. 169.

Hermanni Herbipolensis Episcopi consensu Conradus miles dictus Sweigerarius, curiae Episcopalis Scultetus, ob remedium animae suae et ad communem utilitatem omnium, qui ad forum civitatis Herbipolensis res venales deferre consueverunt, forens esdenarios, qui Marchpfenninge dicuntur, ad teloniam magnam

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1243. | Coram Ottone, Comite Palatino, per Capitulum Salisburgense Heinrico, filio Chunradi, curia quaedam in Wppingen (Wipfing, proc. Traunstein) sub annui census lege hereditario jure restituitur. Act. III. Non. (3.) Junii. Testes: Chunradus Comes de Wasserburch. Chunradus Comes de Plaine. Data Salzburch. | |
| 1243. | Fridericus, Austriae Dux, Pataviensi Episcopo favorem et tutelam suam spondet. Dat. in Grece Id. (15.) Julii. vid. *Lünig* C. G. D. II. 422. | |
| 1243. | Otto, Comes Palatinus Rhenı, Dux Bawariae, et Hermannus Abbas inferioris Altahae, de hominum suorum connubiis conveniunt. Actum Altahae IV. Kal. Augusti (29. Julii). (M. B. XI. 216.) | |
| 1243. | . . . . . . . . . . | Heinricus Frate, Advocatus Augustensis, Gerbirgis vidua ministerialis Sanctae Mariae in Augusta, et ecclesia Sanctae Mariae in Caesaria inter se transigunt, super solvendis redditibus ex praediis in Bobingen, Aitingen, Bergen et Isenricheshoven. Acta in ecclesia Sancti Petri in Berlaich, XV. Kal. Septembris, (18. Aug.) Ind. I. |
| 1243. | . . . . . . . . | . . . . . . . |



## Franconica.

Episcopi spectantes, datis Episcopo CL. marcis argenti, abrogari procurat. Testes: Otto Praepositus, Gotefridus Decanus, Markwardus de Castele Praepositus in Onolsbach, Heinricus Decanus in Houge. Hermannus Decanus Novi Monasterii. Rudegerus, Herbordus, monetarii. Actum in mense Maii. Ind. I. Episcopatus anno XVIII.

Hermannus Herbipolensis Episcopus renovat privilegium specialis protectionis, ab Episcopo Ottone patruo suo, hominibus de Rimpure (Rimpar) ob proprietates suas Sancto Kyliano olim oblatas concessum. Testes: Cunradus de Buchele Commendator domus hospitalis Sancti Johannis in Herbipoli. Cunradus Scultetus de Arnstein, Nicholaus, Magister coquinae. Actum in mense Augusto. Episcopatus anno XVIII.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem viro nobili Alberto de Trimberc pro servitiis, apud exercitum versus Fuldam praestitis ad ulciscendas injurias Herbipolensi ecclesiae illatas, loco assignatarum ducentarum marcarum argenti confert bona, ex morte nobilis viri Alberti de Rotenvels vacantia, videlicet medietatem advocatiae in Sluteren (Schlüchtern). Datum Herbipoli IV. Id. (10.) Septembris. Ind. I. Episcopatus anno XVIII. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Cisterciensis ordinis Abbatissae Luhardi in Valle Sanctae Crucis, monasterium suum in villam Marpurgehusen, a Sibotone de Exelnhusen hactenus titulo feodali possessam, et prope oppidum Hassfurth ultra Mogum sitam, translaturae, medietatem hujus villae et ecclesiam ibidem cedit pro CC. marcis argenti. Testis: Heinricus Onolsbacensis Canonicus. Acta mense Septembri. Ind. I. Episcopatus anno XVIII. vid. *Stumpfs* Denkwürdigkeiten 1. Heft. 117. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Alardo Ebracensi Abbati pro C. C. C. marcis argenti vendit caduca bona intra villam Burnestat et extra eamdem, a gente de Burnestat resignata et sibi recuperata, traditque insuper XVII. agros feudales, a fratribus de Lindeloch resignatos. Testes: Otto major Praepositus. Giso Praepositus de Honga. Acta Ind. I. Episcopatus anno XVIII. |
| 1243. | Siboto, Augustensis Episcopus, ecclesiam in Biurbach parochialem nominat. Dat. Augustae Kal. (1.) Octobris. (M. B. VII. 122.) | | |
| 1243. | Gebhardus, Comes de Solzbach, Heinrico Babenbergensi Electo in feudum offert X. librarum redditus in villa Otelsvelt (Ottmannsfeld, praef. Hilpolstein). Actum mense Octobris, Ind. II. Testes: Gebhardus senior et Dipoldus frater suus, Lancgravii de Leukenberge. Chunradus de Bruneke. | | |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus dictus Stodigel, civis in Norinberch, Heinrico Babinbergensi Electo restituit villam in Hezels, (Hezles, praef. Gräfenberg) ab Ekeberto Episcopo sibi quondam oppignoratam. Testes: Chunradus Burggravius de Nurinberch. Chunradus de Smidelvelt. Ludewicus de Lunenburch. Chunradus de Pilversheim. Actum apud Nurinberch in domo Marcquardi Buttiglarii, primo Octobris. Ind. I. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ulricus de Furthe Heinrico Babenbergensi Electo restituit villam Sterfridesdorf (Sterbersdorf, praef. Höchstadt), ab Ekeberto Episcopo sibi quondam oppignoratam. Testes: iidem. Ibidem et eodem. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Statutum Capituli majoris ecclesiae Babinbergensis, ut cujuslibet defuncti praebenda ad unius anni circulum ministretur. Act. Ind. I. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinrici Babenbergensis Electi transactio cum filiis nobilis viri Eberhardi quondam de Slurelberc et curatore ipsorum, nobili viro Ottone de Eberstein, ut dicti pueri ecclesiae remittant decimas in Vorcheim, nec non pro restituto castro Wischenvelt (Weischenfeld) Episcopo in redemptionem bonorum Echolursheim (Egolsheim) vel Vilsecke (Vilseck, praef. Amberg) C. C. C. marcas computent, bona, a patre ipsorum Eggeberto Episcopo vendita, ab onere pignorum liberent Episcopumque in possessionem eorum intromittant, caeteroquin haec bona ecclesiae obligata sibi retineant, videlicet castrum Gozwinstein (Gösweinstein) pro M. marcis, bona circa Vilsecke et Urbach pro M. marcis, bona in Echolvisheim pro DCCL. marcis, item villas quasdam circa Gozwinstein pro CCCCL. marcis, villam denique circa Bodenstein, Munrichespere nempe (Hohenmirschberg), pro CCCL. libris denariorum Babenbergensium. Act. Babenbergae in episcopali curia, praesente Magistro Philippo Doctore Decretorum, Canonico Moguntino. XIV. die Novembris. Ind. II. |
| 1243. | Coram Chunrado, divi Augusti Imperatoris Friderici filio, in Romanorum Regem Electo, Heinricus Babenbergensis Electus a Marquardo Butiglario de Nuremberg redimit villam Urbach (Auerbach, praef. Eschenbach) pro C. libris denariorum Nurinbergensium, ipsi a Boppone quondam Electo pro marcis CC. obligatam. Act. apud Niurinberc, XXIV. Novembris. Ind. II. | . . . . . . . | Chunradi in Regem Electi consensu Heinricus Babenbergensis Electus, homines de Affholdere (Affalterbach) et curiam Weingers, (Weingarten, praef. Gräfenberg) a Raselino de Raninstein, bona in Bubenrode (Bubenreuth, praef. Erlang) a Chunrado filio Buttiglarii de Niurenberch, curiam Germanisdorf (Gerbersdorf, praef. Heilsbronn) a Wolframo Pincerna, et bona in Loubendorf (Laubendorf, praef. Cadolzburg) a relicta Eigenonis redimit. Actum apud Niurenberch XXIV. Novembris. Ind. II. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Babenbergensis Electus, Ruperto de Hederichisbrucke (Herspruck) pro viginti duabus libris denariorum Nurinbergensis monetae concedit feudum hucusque controversum, ea lege, ut liberi non nisi in familiam Babenbergensis ecclesiae nuptum darentur. Actum ibidem et eodem. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Marquardus, Buthiglarius de Niurenberch, ex recipiendis ab Heinrico, Babenbergensi Electo, CXL. marcis argenti, et LXXXII. libris Niurinbergensis monetae, minus VI. solidis, assignat LXVI. libras ad solvenda ecclesiae Babenbergensi sua debita; XV. libras pro relicta Friderici de Thuchersvelt; V. libras pro Cunrado filio quondam Buthiglarii de Niurinberch; L. marcas argenti pro judaeis de Swinfurthe, quo demum ipse residuas marcas XC. ab Episcopo tenebit. Act. XXVI. Novembris. Ind. II. |
| 1243. | Wulfingus, Abbas Sancti Emmerami, decimas quasdam in villis Tünzling, Tunichsperch (Tünperch, prope Tünzling) et Grub, a Cunrado villico emtas, obellariae subjicit. Dat. et act. Kal. (1.) Decembris. | | |
| 1243. | Rapoto, inferioris Monasterii Praepositus, Scultetus quondam Ratisponensis, de ehabitatione inter tonsores | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | nomen habens, Hermanno, Priori fratrum praedicatorum, pro CC. libris denariorum vendit domum suam inter ecclesiam Sancti Blasii et curiam Sancti Egidii. Testes: Hildegard, inferioris Monasterii Abbatissa, Heinricus inter latinos, Praepositus Episcopi. Heinricus Decanus majoris ecclesiae, dictus de Lerchenveld. Acta Ind. I. | | |
| 1243. | Heinricus, Comes de Ortenberch, ob servitia sibi et patri Henrico praestita, Chunrado de Zwiglarn confert allodium suum in Mittenberch. | | |
| 1243. | Egnoni, Brixinensi Electo, Arnoldus de Rodane donat foeminam, Gertrudem de Rodane. Act. in Brixina. | | |
| 1243. | Chonrado Rege, Egrae judicio coram senioribus terrae totoque conventu praesidente, Eberhardus Waldsassensis Abbas, fratribus de Limbere pretium quatuor curiarum in Tursenreut exhibet. | | |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ulricus dictus de Kunegestein, consensu uxoris suae Adelheidis et filiae suae Elisabethae, sororibus in Engelthal, cujus fundator extitit, donat praedium universale in villa Swina. Testes: Gebehardus juvenis Comes de Sulzbach. Marquardus Buttigularius apud Nornberc, Heinricus filius ejus, dictus Faber; item Jordanus, filius ejus. Otto Forestarius. Bertoldus Scultetus. Acta in Engelthal.<br>vid. *Martini* Beschreibung des Klosters Engelthal. §. II. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Albertus Pellifex, cum uxore sua Bertha de Meggeloch, claustro sororum in Wizzenburch donat duas areas cum domo in inferiori Meggenloch, coram Perwico ministro in Wizzeburch. |
| 1243. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Mechtildis, Comitissa de Richenbach (nata de Hennenberg), Abbati de Billedhelusen assignat summam pecuniae, ab Heinrico Babenbergensi Episcopo et Capitulo debitam. |
| 1244. | Albertus Liucemannus, ecclesiae de loco Sanctae Mariae, ordinis Cystereiensis, Ratisponensis dioecesis, mortis causa donat possessiones suas in Loch et in Schönenheim. Actum anno incarnati verbi mense Februario. Ind. III. (II.). | | |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gebehardus de Byedingowe ecclesiae Babenbergensi offert C. marcas, ut infra spatium anni bona feodalia ejusdem pretii suscipiat. Dat. et act. apud Ulmam, IX. die mensis Januarii. Ind. II. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus, Friderici filius, Romanorum Rex, consensu Butiglarii, Sculteti et universorum civium de Nuremberg, et de plenitudine consilii sui, videlicet Gotofredi de Hoenlog, Craftonis de Boxberg, et Conradi de Smidenelt, fratribus minoribus in Nuremberg Conradum de Rothe, civem in Nurembarch, procuratorem constituit, eumque ab omni exactione et precaria liberum declarat. Dat. apud Nuremberg XX. die Februarii, Ind. III. (II.) |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Novi Monasterii Decanus cum fratribus Domus hospitalis Sancti Johannis in Wirceburch commutat duo jugera vinearum in Heselere, a Godeboldo milite de Randesacker comparata, pro duobus jugeribus in Richardisgruben. Actum mense Februario. Ind. II. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, majoris ecclesiae Herbipolensis Praepositus, monasterio Sancti Iacobi Scotorum delegat praedium in Hettestat, pro anniversario Bernonis Novi Monasterii Canonici, apud Sanctum Iacobum celebrando. Testis: Dominus Hermannus Episcopus. Acta quinta feria in die beatae Gertrudis (17. Mart.), in curia Praepositi, quae dicitur Sygeloi, in stupa minori. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Renovatio statuti, ne ullus in posterum in concanonicum majoris ecclesiae Herbipolensis recipiatur, qui alicui ecclesiae ratione praebendae sit obligatus. Act. Ind. II. mense Aprili, III. Kal. Maii. (29 Apr.). |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Frater Conradus, dictus de Buchold, Provisor domus hospitalis Sancti Johannis in Wirceburch, Hermanno Episcopo Herbipolensi spondet jus protimiseos bonorum in Bibelried. Actum in mense Aprili. Ind. II. Episcopatus Hermanni anno XIX. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus fratribus domus hospitalis Sancti Johannis pro ducentis sexaginta marcis argenti vendit bona in Bibelried, pro medietate a Swikero de Oberbach ac Agnete uxore ejus, et pro altera medietate a Siberto et Mehtildi uxore ejus comparata. Testes: Gotefridus Decanus. Gyso de Jaza Praepositus in Houge. Marchwardus de Kastele Praepositus in Onoldisbach. Hermannus Decanus Novi Monasterii. Marhwardus Orphanus. Heinricus Pincerna, Sculteti. Actum in mense Aprili, Ind. II. Episcopatus anno XIX. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem ad supplicationem venerabilis Dominae, sororis Margaretae, Romanorum quondam Reginae illustris, quae in paupertate elegit, domino famulari, monasterium Sancti Marcii apud Bleicha, in suburbio civitatis Herbipolensis, Cisterciensis ordinis, in protectionem suam suscipit. Testes: Otto major Praepositus, Godefridus Decanus, Engelhardus de Lobenhusen Praepositus in Muchstat. Gyso de Jaza Praepositus in Houge. Marchwardus de Castele Praepositus de Onoldisbach. Heinricus Nov. Monasterii Decanus. Marc- |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1244. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| 1244. | Innocentius Papa IV. prohibet cuilibet, portare habitum fratrum Minorum, sine licentia eorum. Dat. Laterani III. Kal. Junii, (30. Maii) Pontif. anno I. | |
| 1244. | Ulricus Nobilis de Schowenberch possessiones suas in villa Swiftingen simul cum ecclesia monasterio Raitenbuchensi obligat. Proxima Dominica ante festum Johannis Baptistae (19. Junii). | |
| 1244. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| 1244. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . . . |
| 1244. | Rudegerus, Pataviensis Episcopus, confirmat unionem parochiae in Pirenbach, cum capella in Hohenheim, Walchuno de Roteperch patronatus jure appertinente. Dat. Pataviae VI. Id. (10) Julii, Ind. II. Pontif. anno XI. | |
| 1244. | Chunradus, Frisingensis Episcopus, praedium Halbingen, ab Heinrico de Waltershirchen resignatum, tradit ecclesiae in Pihartingen. Acta II. Id. (14.) Julii, in conventu apud Vergen. (M. B. V. 464.) | |
| 1244. | Eberhardus, Salzeburgensis Archiepiscopus, Abbatissae superioris Monasterii contra attentatas immutationes Sifridi Ratisponensis Antistitis, auctoritate legationis ac potestate metropolitica confirmat esum carnium, stratum mollem, habitum competentem, et processiones sollemnes. Datum Landeshut VI. Kal. Augusti (27. Julii). | |



## Franconica.

wardus Orphanus Camerarius. Heinricus Pincerna, Sculteti. Datum Herbipoli Kal. (1.) Maii. Ind. II. Episcopatus anno XIX.

Fridericus Comes de Castel Abbatissae in Kizingen remittit decimam hucusque litigiosam, in Birkelingen. Testis: Albertus major Praepositus Bambergensis. Acta Ind. II. Datum per manus Conradi Notarii in Volka. VII. Id. (9.) Maii.

Gyselherus de Tullestein ab ecclesia Babinbergensi recipit L. marcas, ut infra annum feudum aliquod ejusdem pretii ecclesiae offerat. Act. XXII. die Junii, Ind II.

Hermannus Herbipolensis Episcopus vineas apud Ippehoven per Heinricum Marscalcum et Sifridum Dapiferum de Dornrespere monasterio sanctimonialium in Holz, Augustensis dioecesis, collatas, confirmat. Dat. Herbipoli VIII. Id. (8.) Julii Ind. II. Episcopatus anno XIX.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem ad petitionem viri nobilis Ottonis Comitis de Botenlauben et pro securitate monasterii sanctimonialium Novalis Sanctae Mariae (Frauenroth) prohibet, ne quis unquam in loco destructi ab ipso Comite castri Burcharderode aliquam munitionis resuscitet structuram. Datum Ind, II, Pontif. Hermanni anno XIX, pridie Kal. Augusti (31. Julii). |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem in protectionem suam suscipit bona a viro nobili Comite Ottone dicto de Bothenlouben monasterio Novalis Sanctae Mariae donata, videlicet: in Wolshamhusen (Wolfmannshausen), Vphichusen (Iphausen), Fuhstat, Loffelsterz, Steinach, Heselbach, Wiaden, Ascha, Sulzfal, Stangenroda, Wolpach, aream castri Burcharderode; insuper omnes homines suos proprios rusticos in dictis villis, et alios ubicunque degentes. Testes: Johannes Abbas de Eberha, Reinhardus Abbas de Bilithehusen. Actum Ind, II, Pontif. anno XIX. vid. v. *Schultes* Hennenbergische Geschichte I. Th. p. 94. 95. |
| 1244. | Idem consentiente Gotfrido, Plebano in Moringen, XIII, domos ad parochiam Sanctae Mariae in Raitenhaslach propiores, eidem assignat. Acta Ind. II. | | |
| 1244. | Eadem charta. Data apud Titmaning, III. Non. (3.) Augusti. Ind, II. (M. B. III. 142.) | | |
| 1244. | Idem dimidiam partem puerorum ex Gerbirgi de Ammelgeringe, uxore Gotfridi *Comitis?* procreatorum ecclesiae Frisingensi asserit, Datum Salzburch II, Id (12.) Augusti, Ind, II, | | |
| 1244. | Rudegerus, dictus Eudingerius, Judex Pataviensis, capitulo Pataviensi addicit medietatem domus, vocatae *super lapidem*. Acta Pataviae XV. Kal. Septembris, (18. Aug.) Pontif. anno XII, | | |
| 1244. | Confirmata sententia per Rudegerum Pataviensem Episcopum, Eodem. | | |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Ludewicus de Ruheneche multa hucusque gravamina in bonis suis a Friderico de Ruheneche, filio fratris sui perpessus, manu condonata uxoris suae, nobilis feminae Gerdrudis de Zwcienza, domino Hermanno Episcopo Herbipolensi ejusque ecclesiae legat atque assignat medietatem castri Ruheneche (Raueneck). Testes: Fridericus Comes de Rastel, Conradus de Spchevelt. Datum Kal. (1.) Septembris. Ind, III. Episcopatus anno XIX. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Ludewicum nobilem de Rubenecke et uxorem ejusdem Gertrudem de Zwtienza ob resignationem medietatis castri Rubenecke et aliarum possessionum, in Castrensem suum recipit. Actum in mense Septembri. Ind. II. (III.) Episcopatus anno XIX. apud Herbipolim. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Capitulum Babenbergense pro postulanda confirmatione et consecratione Heinrici Electi, Concanonici sui, Romam mittit procuratores suos, videlicet Albertum, majorem Praepositum, Magistrum Jacobum, Scolasticum, et Eberhardum de Schowenberch. Dat. apud Babenberg VIII. mensis Septembris, Ind. III.<br>vid. *Ussermann* l. c. pag. 124. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Eistetensis Episcopus Christano Praeposito in Sulenhoven locat et concedit decimas novalium, de possessionibus ecclesiae suae nunc excultorum, Acta apud Eistet, Nonis Octobris (7. Oct.) Ind. II. Pontif. anno VIII. Testes: Ulricus Marscalcus de Nazzenfels. Cunradus Dapifer dictus de Griezpach. Hermannus Camerarius de Lentfrideshoven.<br>vid. Junge Miscell. T. II. pag. 123.<br>v. *Falkensteins* Urkunden p. 52. n. 37. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Monasterium Sancti Michaelis in Babenberg Heinrico, Babenbergensi Electo, duas villas Gremesdorf (Gremsdorf), et Bechofen (Bechhofen, praef. Höchstadt) defendendas committit. Act. Babenberger in praesentia Friderici Decani et Eberhardi de Schowenberch. Ind. III. mense Octobris in die XI. millium Virginum (21. Oct.). |
| 1244. | Heinrici, Babenbergensis Episcopi, et Heinrici Veteris Capellae in Ratispona Praepositi, compositio super jure patronatus ecclesiae Nitenowe (Nittenau, praef. Wetterfeld), praepositurae in posterum perpetuo annectendo. Testes: Comes Rudolfus de Monte forti. Gotefridus de Hohenloch. Ind. III. mense Octobris. (Confirmatum per Innocentium Papam IV. Lugduni XV. Kal. Maii (17. Apr.) Pontif. anno III. (1246.) et recognitum per Albertum Ratisponensem Episcopum apud Eglofsheim, castrum suum, Anno Dom. MCCXLVIII. VII. Kal. Maii (25. Apr.) Ind. V. (VI.) Pontif. anno II.) | | |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Babenbergensis Electus, sanctimonialium beati Theodori in Bamberch infirmariae et ad curtem ipsarum in Sabulo (Sandhof) confert X. jugera de foresto ecclesiae, dicto Husmuor (Hautsmorwald). Dat. apud Bamberch mense Octobris. Ind. III. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1244. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1244. | Rapoto, Comes Palatinus Bavariae, Abbati de Raitenhaslach ad conservanda omnia jura se constringit, Dat. apud Salzburg IV. Kal. Decembris (28. Nov.). | |
| 1244. | Chunradus, Comes de Wazzirburch, dominabus in Altenhohenawe confert quinque congeries lignorum, flozze mancupatas, de theloneo suo in Wazzirburch perpetuo procurandas, Datum apud Wazzirburch. VII Id. (10.) Decembris. Ind. II. (M. B. XVII. 7.) | |
| 1244. | Otto, Dux Meraniae et Palatinus Comes Burgundiae, Eberhardo de Widerspere confert advocatiam parochiae in villa castri ejusdem, curiam ibidem et septem sege seu retia in piscina Amirse. Dat. apud Furstinawe castrum, VIII. Kal. Januarii (25. Dec. 1243?). (M. B VIII. 182) | |
| 1244. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, Sanctae Mariae in Reitenhaslach confert curiam Albelfingen, inter Titmeningen et Vridrolfingen. Dat. apud Salzburg III. Kal. Januarii (30. Dec.), Ind. II. (1243?). | |
| 1244. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1244. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |



## Franconica.

Idem Eberhardo de Lapide, ministeriali suo, pro quibusdam bonis in Slampretorf (Schlamersdorf, praef. Forchheim) et in recompensationum damnorum, ecclesiae in Wolfesperchen (Wolfsberg, praef. Pottenstein) a se illatorum, LXX. dat libras Babenbergensis monetae, sigillante Marscalco de Cunstat, et Ludwico, Pincerna de Rothenhagen. Act. apud Babenberg, in capella Rindismuli. Ind. III. mense Octobris.

Ejusdem consensu Wernherus, Novi Monasterii Canonicus, annuam pensionem, a coenobio de Valle Sanctae Crucis pro emolumentis parochiae suae in Marburgehusen acceptam, convertit ad liberandam parochiam suam in Gozzegowe (Rossgau) a vexationibus Conradi militis dicti Bolere. Testes: Hermannus Decanus, Heinricus Notarius, Canonicus in Onolsbach. Datum in mense Decembri. Ind. III. Episcopatus anno XX.

Idem Episcopus fratribus hospitalis Sancti Johannis Herbipoli appropriat bona quaedam apud Ebelried, ab Heinrico Muphelger comparata, substitutis sibi in feudum aliis bonis in Blindheim et in Hebendorf. Testis: Heinricus Advocatus de Swartzenberc. Actum in mense Decembri. Ind. III. Episcopatus anno XX.

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1244. | Concordia inter Rapotonem, Comitem Palatinum Bavariae, et ecclesiam Salisburgensem super advocatia in Ryemkane (Chiemgau), quam iste tenuit titulo pignoris pro quingentis libris a Bernhardo quondam de Linbenowe. Act. Ind. III. in monasterio majori Salisburgae. | | |
| 1244. | Walchunus, Abbas Wessobrunnensis, et Ulricus nobilis de Schowenberch de libero connubio famuli dicti Ett consentiunt. Act. in ecclesia Raitenbuch. (M. B. VII. 397) | | |
| 1244. | Coram Sibotone, Augustensis ecclesiae Episcopo, Petrissa, uxor b. m. Heinrici, militis de Kalistin, recognoscit jura Caesariensium in praedia et curtes, sibi ad vitae tempus concessa, nempe in Egwil, Wetelsheim, Wahstein et Obermutshoven. | | |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Abbas ecclesiae Sancti Stephani constituit censum ex molendino inter Bleigaticam ad anniversarium Abbatis Heinrici dicti Kestelini, pro sui ipsius memoria autem domum et aream, a Cuhone Sculteto de Collodisheim (Kolizheim) comparatam. |
| 1244. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Custos de Uonolspach, cum consensu scolaris sui Monasii, coenobio in Ahusen confert domum suam et hortum situm versus Cenpure. Actum sub Abbate Sifrido. |
| 1244. | Heinricus, Ratisponensis Archidiaconus, dictus Seman, unam hubam sitam in Frawblinge, a Chunrado Aurifabro redemtam, legat Monasterio superiori Ratisponae pro celebrando anniversario suo. | | |
| 1244. | Gebhardus, Lantgravius de Lukenberge, cum Friderici et Gebehardi filiorum consensu, monasterio Sanctae Mariae in Waldsassen donat curiam suam in Masche. Dat. Waldecke. | | |
| 1244. | . . . . . . . . . | Bertholdus, Comes de Lechesgemunde, Caesariensi Abbati Richardo annuit ut omnis prata, quae monasterium | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | propriis laboribus in silvis suis et in alio fundo sibi contingente hucusque novallaverit, proprietatis lege in perpetuum possideat. Testis: Bertholdus de Horburch, | |
| 1245. | Innocentii Papae IV. venia pro Ministris Provincialibus, ut ipsi suscipere queant candidatos, ad religionem Sancti Francisci adspirantes. Datum Lugduni III. Non. (3.) Januarii, Pontif. anno II. | | |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, sanctimonialibus Sancti Theodori confert jus advocatiae super X. jugeribus de foresto dicto Hausmor, ab Episcopo Heinrico ipsarum infirmariae concessis. Testis: Fridericus Welpoto. Dat. in Memelstorf Id. (13.) Januarii. |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, Praepositurae in Onolsbach incorporat parochiam in Ingesinden (Insingen, praef. Rothenburg) Act. mense Januarii. Ind. III. Pontif. anno XX. vid. *Ussermann* l. c. pag. 61. |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem Ottoni Comiti de Botenlouben oppignorat bona in villa Etheilebene (Etleben), pro centum marcis argenti, cujus pretii partem Beatrici pro vidualitio assignat. Datum Herbipoli VII. Id. (7.) Februarii, Ind. III. Episcopatus anno XX. |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem auctoritate Fridericus, Minister de Werda, monasterio in Ahusen donat septem jugera vinearum apud Segenis (praef. Ochsenfurt). Testes: Ebenarius Berewicus, quondam Minister in Wizenburch, Sifridus filius Boheoni, pluresque cives in Nordelingen. Dat. Herbipoli XIV. Kal. Martii, (16. Febr.) Ind. III. Episcopatus anno XX. |
| 1245. | Otto, Dux Bavariae, jus proprietatis, quod habere dicebatur in bonis Pulnhoven (Pillenhofen, praef. Burglengenfeld), juxta aquam Nab, donat conventui sanctimonialium ordinis Cysterciensis ibidem. Datum Lantshut VI. Kal. Aprilis (27. Mart.). | | |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem a Conrado dicto Advocato de Heidenfeld pro quadringentis et quadraginta marcis argenti emit medietatem Advocatiae in Heidenfeld, et villae Nuwenrode (modo desolatae), Colondisheim, (Hollsheim), Betschesbrunnin, et quatuor litos in Vollach, cum redditibus in Hirsfurthe (Hirschfeld). Act. Wirceburg. XII. Kal. Maii, (20. Apr.) Ind. III. Pontif. anno XX. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1245. | Friderici Imperatoris privilegium Sifrido de Vrowenberch ac heredibus suis impertitum, tractandi causas super proprietatibus, haereditatibus ac possessionibus in Comitatu de Hege, in quo quondam Guroni legitime successit, et judicandi quoque de latronibus et furibus, qui in eodem Comitatu super maleficiis deprehensi fuerint. Datum Abaie mense Madii (Maii), Ind. IV. (III.) vid. *Hund* Stammenbuch II. 72. | | |
| 1245. | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, decimam, tertium videlicet manipulum de villa Grevenriut, a Sibotone, Ratisponensi Scolastico sibi resignatam, capitulo confert ibidem. Datum Ratisponae IV. Non. (2.) Junii, Pontif. anno XVIII. vid. *Ried* l. c. num. 417. | | |
| 1245. | Eguon, Brixinensis Electus, Hartmanno, dicto Tarant, colono suo remittit decimam quandam in Algunde. Act. III. die intrante Junio (3. Junii), in capella super castrum Andrian. | | |
| 1245. | Sancti Tertuliani coenobii fratres in Sledorf cum monasterio Inderdorfensi dividunt pratum quoddam contentiosum juxta Wegenkirchen. Data per manus Notarii, II. Non. (4.) Junii. Ind. VII. (III.) | | |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa IV. confirmat statutum capituli sancti Johannis in Novo Monasterio Herbipoli, ut proventus absentium vel praebendarum vacantium ad fabricam ecclesiae hujusce applicentur. Datum Lugduni Non. (5.) Junii, Pontif. anno II. |
| | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Eistettensis Episcopus monasterio in Ahusen confert possessiones quasdam Friderici de Truhendingen in Lochenbach (prope Oettingam), pro quibus Fridericus nobilis de Truhendingen Episcopo offert proprietates suas in Bubenhoven. Actum Ingolstadt XIII. Kal. Julii, (19. Jun.) Pontif. anno VIII. |
| 1245. | Innocentius Papa IV, concedit, ut qui fratrum Minorum intersint officio, ad horas canonicas alio ritu celebrandas non teneantur. Dat. apud civitatem Castellana XII Kal. Julii (20. Junii.) Pontif. anno II. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1245 | Sifridus, Ratisponensis Episcopus, Advocatias Ratisponensis ecclesiae, quas solebant hactenus in feudum dari Magnatibus, si forte vacaverint, abrogat. Testibus omnibus Canonicis. Datum Ratisponae, mense Junio in majori ecclesia. vid. *Ried* l. c. num. 418. | | |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius, Papa IV, Abbati et Priori in Salvelt praecipit, ut in causa Banzensis monasterii contra Ottonem, Ducem Meraniae, bona monasterii molestantem, inquirant. Dat. Lugduni III, Non. (5.) Julii, Pontif. anno III. |
| 1245. | Innocentius Papa IV excommunicatum et suspensum Episcopum Frisingensem de omni poena incendiorum et rapinarum, tempore belli pro ecclesiae suae defensione perpetratarum, absolvit. Datum Lugduni III, Non. (3.) Augusti, Pontif. anno III. vid. *Meichelbeck* II. 26. | | |
| 1245. | Idem monasterium Sancti Petri in Alta (Oberaltaich), Ratisponensis dioecesis, sub beati Petri protectione suscipit. Datum Lugduni XV Kal. Septembris (18. Aug.) Pontif. anno III. (M. B. XII. 124.) | | |
| 1245. | Idem ad Capitulum Ratisponense, ut monasterii de Windenberg bona illicite alienata revocari studeat. Dat. Lugduni XIV. Kal. Septembris (19. Aug.) Pontif. anno III. | | |
| 1245. | Idem monasterii de Windeberg bona confirmat. Datum ibidem et eodem. | | |
| 1245 | Ejusdem privilegium, ut nulla valeat provisio ad beneficium ecclesiasticum cathedralis ecclesiae Ratisponensis, sine speciali Pontificis mandato. Datum Lugduni XIII. Kal. Septembris (20. Aug.). Pontif. anno III. vid. *Ried* l. c. num. 419. | | |
| 1245. | Idem jussum per Innocentium Papam III. advocatiae abrogationem confirmat. Dat. Lugduni VII. Kal. Septembris (26. Aug.), Pontif. anno III. vid. *Ried* l. c. num 422. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1245. | Idem Episcopo Ratisponensi facultatem largitur, latas per Albertum Archidiaconum Pataviensem excommunicationis sententias relaxandi. Dat. Lugduni ibidem et eodem.<br>vid. *Ried* l. c. num. 421. | | |
| 1245. | Idem Ratisponensis capitali statutum, ut propter frequentem canonicorum absentiam unius praebendae proventus a duobus vicariis percipiantur, roborat. Datum ibidem et eodem.<br>vid. *Ried* l. c. num. 420. | | |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus conventui in Coeliporta concedit facultatem comparandi ab hominibus episcopatus in Uzensheim (Essenheim) quadraginta sex agros, et quadraginta sex jugera vinearum. Testes: Hermannus Decanus Novi Monasterii, Heinricus Notarius. Acta Ind. III, Pontif. anno XX. |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Coram Hermanno, Comite de Hennenberc, Hermannus de Rotenhagen, cum fratribus Langheimensibus de manso uno in Roia (Rothhof, praef. Seslach) et quatuor Lein (feodis) in Slcdde, (Schlettach, Ducatus Koburg) amicabiliter transigit. Acta in castro Strupho, Ind. III.<br>vid. v. *Schultes* Kob. Landesgesch. Urkundenbuch. S. 11. |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Coram Conrado de Specvelt Cunradus et Rudegerus de Dietenhoven, Edelwino Abbati in Halsbrunn tradunt predia sua in Godelndorf (Göddeldorf) et Trafhonestet, (Trachenhöfstett) pro curia sua in Mandorf, III, in Sabsbach, II, in Wazendorf et I, in Hutelingen. Act. Ind. III. Testes: Gotefridus de Hohenlohe et frater ejus, Conradus de Brunecke. Waltherus Pincerna de Lintpurc. |
| 1245. | Ludovicus Dux clericis et ecclesiis plenam immunitatem restituit. Testes laici: Fridericus junior de Truhendingen Heinricus de Niffen, Comes Chunradus de Mosburga. Dat. apud Landshut, (1) Sept. (*Melchelbeck* II, 28.) | | |
| 1245. | Innocentius Papa IV. monasterium Priviningense in protectionem suam suscipit. Datum Lugduni Id. (13.) Septembris, Pontif. anno III. | | |
| 1245. | Coram Ch. comite de Hartech, Domina Leukardis de Gols coenobio Sancti Petri in Hoegel vendit praedium Beůtn. Act. XVIII. Kal. Octobris. (14. Sept.) | | |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Innocentius Papa IV. monasterium Langheimense in protectionem suam suscipit. Dat. Lugduni XII. Kal. Octobris, (20. Sept.) Pontif. anno III.<br>vid. v. *Schultes* hist. Schrift. S. 79. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1245. | · · · · · · · · · | · · · · · · · | Idem electionem Heinrici, Praepositi tunc Aquensis, in Babenbergensem Episcopum confirma. Dat. ibidem VI. Non. (2.) Octobris, Pontif. anno III. vid. *Ussermann* l. c. pag. 155. |
| 1245. | Ulricus, Ottonis Ducis Dapifer, pro celebrando anniversario patris sui ad usum infirmantium fratrum Sancti Emmerami designat vineam suam in Werde. Acta Ind. III. | | |
| 1245. | Otto Archidiaconus et Salisburgense Capitulum ratam habent omnem donationem et emunitatem, quam Eberhardus Archiepiscopus monasterio Raitenhaslacensi collaturus est. Dat. Salzburg Ind. III. | | |
| 1245. | · · · · · · · · · | Johannes miles, dictus de Leuntahl, cum fratre suo Hainrico de Rugeburc, fratribus Ursinensis ecclesiae vendit praedium in villa Stocam, juxta Vindelicam. Acta decem novenalis cicli XI. Ind. III. | |
| 1245 | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, monasterio in Raytenhaslach confert pratum quoddam apud Flozingen. Dat. apud Muldorf VI. Id. (8.) Decembris. Ind. IV. | | |
| 1245. | Fridericus, Eistetensis Episcopus, Hugoni Rorensis ecclesiae Praeposito confert possessiones in villa Laber, a Lwtoldo Pincerna dicto de Augia sibi resignatas. Act. et datum apud Eistet, pridie Id. (12.) Decembris. Pontif. anno IX. (M. B. XVI. 127.) | | |
| 1245. | · · · · · · · · · | · · · · · · · | Coram Wirzenburgensi civitate Ulricus de Mosbrunne sororibus Sanctae Mariae in Wirzenburch donat curiam in Welgershoven. Acta in nocte nativitatis domini ad secundam missam. (25. Dec.) |
| 1245. | · · · · · · · · · | · · · · · · · | Mehthildis Abbatissa in Kizingin Herbordo pro certo canone confert duo allodia, quae dicuntur Vorwere, in Itoltesheim (Ickelsheim). Actum publice in Kizingin. Ind. IV. |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1245. | . . . . . . . . . | Conradus, Augiensis ecclesiae Abbas, Caesariensi ecclesiae confert omnes possessiones Conradi et Herbrandi, militum, fratrum de Smechingin, et quae ecclesiae suae ministeriales habeant, in villis Holzin et Redelharsbovin. Actum Ind. IV. | |
| 1245. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, donat Augiensibus Irmgardin quandam ad censum annualem. (M. B. I. 226.) | | |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Mergingardis, Priorissa Sancti Marci in Herbipoli, fratribus domus hospitalis Sancti Johannis vendit vineam quandam in monte Hagilsberc, in loco Gere. |
| 1245. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ulricus, Ministerialis Imperii, dictus de Husegratein, sororibus cognomine Rottharis in Nurenberc, quondam Deo militantibus, tribuit tres curias in villa Engelscalhesdorf, quam dictae sorores Engelthal nuncupari decreverunt. Testes: Lupoldus de Grindelach. Ornandus de Eschenowe. Marquardus Butigolarius de Nurenberc. Bertholdus Scultetus de Nurenberc. vid. *Martini* Beschreibung des Klosters Engelthal, §. III. |
| 1245. | . . . . . . . . . | Sibotho, Augustensis Episcopus, liberos ex Agnete, filia Conradi Valmann, Ulrico filio Pontinarii ad pontem Lici nupta, procreandos, cum ecclesia Sancti Udalrici dividi consentit. Dat. Augustae. | |
| 1245. | . . . . . . . . . | Idem Sancti Udalrici ecclesiae donat Agnetam, filiam Cunradi Valman, Ulrico, filio pontinarii monasterii beneficiato, desponsatam. Datum Auguste. (M. B. XXII. 215.) | |
| 1246. | Idem pro delictorum suorum venia coenobio Raitenhaslacensi tradit reditus VIII. librarum ex possessionibus suis in der Chrambel, a Caesariensibus per cameram suam comparatis. Dat. in Titmaningen VI. Id. (8.) Januarii. Ind. IV. | . . . . . . . | Heinricus, Babenbergensis Episcopus, Sancti Michaelis conventui in Babenberg pro CC. marcis argenti obligat villam suam Giselt, (Geisfeld, praef. Bamberg). Dat. apud Babenberg. Ind. V. (IV.) proxime secunda feria post Epiphaniam domini (8. Jan.). |

 

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1246. | Idem coenobio in Alderspach quantitatem salis annuatim assignat. Dat. apud Burkhausen VI. Id. (8.) Januarii, Ind. III. (IV.) (M. B. V. 375.) | | |
| 1246. | Chunradus, Comes de Hadmarsperch, pro remedio animae fratris sui, Sibotonis Comitis, ecclesiae Pfaffenwerdensi (Chiemsee) offert curiam in Ahrradorf. Acta III. Kal. Martii (27. Feb.). | | |
| 1246. | . . . . . . . . . | Innocens Papa IV. confirmat monasterium sororum et ecclesiam Sanctae Mariae de Medingen ejusque possessiones in Dale, Dilingen, Dorfasch, Witrselingen et Kabrai. Dat. Lugduni, per manum Magistri Marini, S. R. E. Vicecancellarii, VI. Id. (8.) Februarii, Pontif. anno III. | |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Edelwinus, Abbas Halsprunnensis, recipit bona Babinbergensis ecclesiae in Howestede (Höfstetten), non longe a monasterio Halsprunnensi dissita, pro bonis monasterii in Lubendorf (Laubendorf, praef. Cadolzburg). Acta mense Februarii. |
| 1246. | Coram universitate civium Ratisponensium Chunradus de Nittnowe curiam in Piesenhofen (Piesenhofen), sibi a Bertoldo de Tann comparatam, officio Obellariae ad sanctum Emmeramum resignat. Dat. Ratisponae Ind. IV. VII. Id. (9.) Martii. | | |
| 1246. | Coram Egnone, Brixinensi Episcopo, Albertus de Voitsperg et Ottogerus de Nürenberch in connubio Gundacheri cum Elisabetha consentiunt. Act. die Dominica proxima ante Gregorii (11. Mart.), ante ecclesiam Sanctae Mariae. | | |
| 1246. | . . . . . . . . . | Idem conventum Monialium de Medingen subdit Magistro ac Priori ordinispraedicatorum provinciae Theutonicae. | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | Dat. Lugduni III. Id. (13.) Martii, Pontif. anno III. | |
| 1246. | Capitulum cathedralis ecclesiae Ratisponensis jus patronatus super ecclesia in Hornpach (prope Pfaffenhausen) monasterio Eberspergensi, jus autem advocatiae militibus Heinrico et Eberhardo in Hornpach addicit. Acta XIII. Kal. Aprilis (20. Mart.). | | |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus, Burggravius Senior de Nurenberch, confirmat venditionem praedii in Uferahaim (Urphershofen, praef. Windsheim) ab Adelheide de Aspach, ministeriali, Sifrido, Abbati de Ahusen factam. Dat. apud Kadolsparc XIII Kal. Aprilis (20. Mart.). Testis: Fridericus junior Burggravius. |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Abbas, cum conventu ecclesiae Sancti Michaelis in Babenberc, ob gravem debitorum necessitatem oppignorat calicem aureum et duos libros, auro et parte denudatos, ad quorum solutionem destinat proventus Praepositurae ecclesiae Sanctae Fidis et hospitalis ecclesiae Sancti Egidii. Acta Ind. IV. II. Kal. Aprilis, die Sabbati ante diem Palmarum (31. Mart.). |
| 1246. | Innocentius Papa IV. Duci Bavariae protectorium Gregorii IX. de anno MCCXXXVIII. confirmat. Datum Lugduni IV. Non. (2.) Aprilis, Pontif. anno III. | | |
| 1246. | Ejusdem indulgentiae pro ecclesia in Hohnawe, interdicti tempore sacra celebrandi. Datum Lugduni XI. Kal. Maii, (21. Apr.) Pontif. anno III. (M. B. XVII. 8.) | | |
| 1246. | Ejusdem privilegium pro ecclesia in Hohnawe de recipiendis conversis, de immunitate ab exactionibus Episcoporum vel Archidiaconorum, et jure sepulturae. Datum ibidem et eodem. (M. B. XVII. 9.) | | |
| 1246. | Idem monasterium in Hohnawe magisterio et doctrinae Prioris Thennonis, ordinis Praedicatorum, committit. Datum ibidem et eodem. | | |
| 1246. | Literae desuper datae ad Provincialem, sub eodem. (M. B. XVII. 10. et 12.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1246. | Idem, monasterium in Hohnowe sub beati Petri protectione suscipit. Datum ibidem et eodem. (M. B. XVII. 14.) | | |
| 1246. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heidenricus de Ruwendorf (Reundorf, praef. Lichtenfels) ecclesiae in Langheim delegat bona sua apud Novum Castrum. Dat. apud Wirmoyin VIII. Kal. Maii, (24. Apr.). Ind. IV. vid. *Ussermann* Episc. Babenberg. Cod. prob. pag. 156. |
| 1246. | Idem dicto monasterio concedit facultatem redimendi decimas de manibus laicorum in parochiis alienis. Datum Lugduni IV. Kal. Maii (28. Apr.) Pontif. anno III. (M. B. XVII. 6.) | | |
| 1246. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus et Fridericus, Burggravii de Nurenberc, monasterio Halsbrunnensi renunciant jus et dominium suum in Amelratorf, (Ammerndorf, praef. Cadolzburg) traduntque insuper curiam ipsorum in Niusese. Act. Ind. IV. Kal. (1.) Maii. vid. v. *Schütz* l. c. 78. n. 48. *Oetter* I. Versuch S. 295. |
| 1246. | Rapoto, Palatinus Comes Bavariae, monasterio Seuven concedit transitum vini et salis apud Fruchtlaching, sine theloneo. Acta II. Non. (6.) Maii. Ind. IV. (M. B. II. 135) | | |
| 1246. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Henricus, Romanorum Rex, Hermannum, Herbipolensem Episcopum, in omnibus juribus et jurisdictionibus suis defendere promittit, sub bulla aurea. Actum in castris apud Hocheim, X. Kal. Junii (23. Maii), Ind. IV. electionis regis Henrici die secunda. Datum per manus Vicecancellarii Burchardi de Zigenhagen, Fritslariensis Praepositi in vicem Domini Sifridi Archiepiscopi Moguntini, Archicancellarii per Germaniam. |
| 1246. | Otto, Comes Palatinus et Dux Bavariae, monasterio Priviningensi confirmat duas domos Ratisponae inter clipearios, ab Ottone cive Ratisponensi donatas. Datum in Privining VII. Id. (7.) Junii. | | |
| 1246. | Statutum monasterii Rotensis de conservandis ministerialibus, ex morte Chunradi Goste ad ecclesiam devolutis. Datum VIII. Junii. Ind. III. (IV.) (M. B. I. 394.) | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1246. | Otto, Dux, monasterio Altahae inferiori assignat decimas ex bonis Pfinspach, Weissenstein et Schutenhofen. Dat. Landaw XV. Kal. Julii (17. Junii). | | |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa IV. ecclesiae de Rebdorf capitulum ab omni futura excommunicatione universali eximit. Datum Lugduni XIV. Kal. Julii (18. Jun.) Pontif. anno III. |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, monasterio Langheimensi renovat parentis sui, Ottonis, literas confirmatorias, anni MCCVII. Dat. apud Witzmain, X. Kal. Julii, (22. Jun.) Ind. IV.<br>vid. v. Schultes l. c. p. 78.<br>*Ussermann* l. c. p. 157. |
| 1246. | Praepositus et Conventus in Sowlnhofen, curiam in Welferstat (praef. Heidenheim) Friderico de Mosheim, dicto Tachelin, obligatam, a Wirntone de Moren in solutum scripit. Actum in die Sancti Johannis Baptistae (24. Junii) apud Morenheim. Testes: Dominus Rat, Dominus C. Castellani in Moerusheim. | | |
| 1246. | Ulrici Wiltinensis Praepositi concordia cum Agnete Abbatissa de Chiemysse, de filiis Heinrici nomine Swein, aequaliter dividundis. Acta die Johannis et Pauli VI. Kal. Julii (26. Junii). | | |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa IV. monasterii de Ahusen bona adepta vel adipiscenda confirmat. Dat. Lugduni VI. Non. (2.) Julii, Pontif. anno IV. |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem monasterium Sancti Petri de Wilzburg in protectionem suam suscipit, ejusque possessiones confirmat. Datum Lugduni V. Non. (3.) Julii. Pontif. anno IV.<br>vid. *Jungs* antiquit. Monast. Sanctorum Petri et Pauli in Wilzburg. pag. 9.<br>v. *Falkenstein* Urkunden p. 55. n. 35. |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem ordini fratrum Praedicatorum incorporat conventum monasterii Sancti Marci Herbipoli. Datum Lugduni V. Id. (11.) Julii. Pontif. anno IV. |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem monasterio de Ahusen contra omnes creditores suos indulget beneficium exceptionis probandae versionis in rem. Dat. Lugduni XIII. Kal. Augusti (20. Jul.). Pontif. anno IV. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1246. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem monasterii Sancti Petri in Wilcsburch creditores adstringit ad probandam ubique versionem in rem. Data Lugduni XIII. Kal. Augusti, (20. Julii) Pontif. anno IV. vid. *Jung* l. c. p. 8. |
| 1246. | Chuonradus, Comes de Wazzerburch, ecclesiae Cysterciensis ordinis in Raytenhaslach praestat libertatem ab mutta sua in Vichilinstein. Testes: Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae. Ludwicus et Heinricus, filii sui, Rapoto, Comes Palatinus Bavariae. Chunradus de Schrenke Arbo, Notarius Ducis Bavariae. Rapoto, Notarius Ducissae. Ulricus, Notarius Comitis de Wazzerburch. Dat. apud Pourchusin X. Kal. Augusti, (23. Julii) Ind. IV. | | |
| 1246. | Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae praedictae concedit immunitatem a teloneo in castro suo Obernberg. Acta VII. Kal. Augusti (26. Julii), Ind. IV. in castro Burghusin. (M. B. III. 142.) | | |
| 1246. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Conradus dictus Kisilingus, monachus in Cella Sanctae Paulinae, B. . . . Abbatissae in Wechterswinkel offert hubam unam in Strowe (Streu). Acta Ind. III. (IV.) |
| 1246. | Egeno, Episcopus, Hermanno, dicto Tarant, locat pratum quoddam apud Algunde et Alpes in Fondefel. Act. III. Id. (11.) Septembris, in domo Episcopi Tridenti. | | |
| 1246. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Mehildis, Abbatissa in Kitzingen, fratribus hospitalis Sancti Johannis Herbipoli confert aream in Bibelriet, a domino Chunrado milite de Triefbach comparatam. Acta in Kitzingen Ind. IV. VI. Non. (2.) Octobris, anno vero XXII. praesidente Hermanno Herbipolensi Episcopo. |
| 1246. | Otto, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, Altahensis ecclesiae (Niederaltaich) sub sua jurisdictione bona nunquam alienari posse, edicit. Datum apud Schyram pridie Id. (14.) Octobris. (M. B. XI. 222.) | | |
| 1246. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | H. . . Herbipolensis Episcopus, provisores dominorum in Rebdorf liberos praedicat ab omni dictione ex curia sua, sita apud Frichenhusin (Frickenhausen), atque ex vinea sita in monte Graskilperg. Actum in mense Octobris, in curia Goteboldi Frichenhusin. Dat. apud Herbipolim. Ind. VI. (IV.). Pontif. anno XXIII. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1245. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1246. | Dieszensis ecclesia Wernhero de Hemphingen locat hubam in Wernoltingen. Act. in die S. Bricii (13. Nov.) Dat. apud Monacum. (M. B. VIII, 183.) | |
| 1246. | Eberhardus, Salisburgensis Archiepiscopus, fratribus in Reitenhasela confert parochiam Perkhirchen, sitam inter Müldorf et fluvium Rota. Acta apud Frisacum VII. Kal. Decembris (26. Nov.). Data eadem. (M. B. VI. 367.) | |
| 1246. | Consensus Capituli, datus apud Salzburg IV. Kal. Januarii (29. Dec.). Ind. V. (M. B. VI. 368.) | |
| 1246. | Philippus, Fezziariensis Electus, Apostolicae sedis legatus, Hildegardi et Richzae, Inferioris et Superioris Monasterii in Ratispona, secundum regulam Benedicti viventium, sed eandem non profitentium, Abbatissis, libertates et consuetudines, a B. Wolfgango translatas, usum scilicet carnium, vestium vulpinarum et praebendae singulariter ministrandae, corroborat. Datum Nürnberge pridie Kal. Januarii (31. Dec.), Pontif. Innocentii Papae IV. anno IV. (Confirmatum per Innocentium Papam IV. Lugduni III. Id. (11.) Novembris, Pont. anno V. (1247.) | |
| 1246. | Promissio dimidiae librae salis nudi, singulis annis porrigendae, monasterio in Alderspach per Archiepiscopum Salisburgensem facta. Acta Ind. IV. (M. B. V. 374.) | |
| 1246. | Lis inter monasterium monialium in Nonberg Salzburgi et canonicos regulares in Hoegelwerd, super terminis praediorum, decisa. Act. Ind. IV. | |



## Franconica.

Mehtildis, Abbatissa in Kitzingen, monasterio Sanctae Mariae in Babenberc delegat mansum unum et feudum in Heide (Oberhaid, praef. Bamberg), ea conditione, ut pars proventuum ministretur ad lumen sepulchri Ekkeberti Episcopi, die festo Martini. Act. Babenberg, feria quinta post festum omnium Sanctorum (8. Nov.).

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1246. | . . . . . . . . . | Hermannus, Comes de Dilingen, monasterii sanctimonialium sub regula Sancti Augustini in Medingen fundator, eidem confert parochiam villae, dictae Medingen, et praedia ibidem. Acta Ind. IV. Praesentibus et consentientibus fundatoris filiis, Alberto, Ludovico et Hartmanno Clerico. | |
| 1246. | Elisabeth, Abbatissa in Frauenkirchen, Wilhelmo cuidam vendit praedium quoddam apud Halle, a proavis ejusdem ecclesiae olim traditum. Dat. in Frauenkirchen. | | |
| 1246. | . . . . . . . . . | Siboto, Augustensis Episcopus, conventui monachorum in Caesarea incorporat ecclesiam Volkmarsteten. | |
| 1245. | Filii Gerunoldi praedium quoddam in Hegilhof pro praedio in Leuchofen monasterio Fiehtingen assignant. (M. B. V. 464) | | |
| 1246. | Bertoldus, Comes de Graisbach, locum monasterii Schoenvelt a decima, ecclesiae in Lechesgemunde debita, absolvit. Actum publice. | | |
| 1245. | Berchtoldus, Comes de Graispach, decimam ex praedio conventus Schönfeldensis in Hermansheven, decano de Burlsheim praestandam compenset per aliam quandam in praedio suo Hirbach. (M. B. XVI, 266.) | | |
| 1246. | . . . . . . . . . | Bertholdi Comitis de Urach consensu uxor sua, Domina Agatha, Caesariensi ecclesiae confert curiam suam in Marchsheim. | |
| 1246. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradus de Sibenbrunnen Sifrido, Abbati in Ahusen, tradit bona sua, mansum scilicet et quatuor feoda in Ullingeswane (Illenschwang, praef. Dinkelsbühl). Testis: C. . . Heinricus de Sibenbrunnen, cognomine Mursenchel. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1247. | Heinricus Rex Gothofrido de Sulzbürg confert castrensi feodo alterutrum Castrorum Adelenburg vel Heimburc, item XL. marças in officio Berengowe annuatim percipiendas, quas ipsi Fridericus junior Burggravius de Nurenberc exhibeat. Datum Nurenberc, mense Januario, MCCXLVI. (Sic quidem, ubi anni primordium a paschate computes, sed nobis, quum Henricus a die XXI. Maii demum regnare coepisset, anno MCCXLVII, quem etiam Indictio V. recte demonstrat). vid. *Köhler* Hist. Comit. de Wolfstein. *Otter* I, Versuch, S. 299. | |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1247. | Rapoto, Comes Palatinus Bavariae, monasterio in Altahe (Niederaltaich) concedit liberum transitum per mutam Comitis in Pleinting (praef. Vilshofen). Act. apud Pleinting V. Id. (11.) Martii, Ind. V. Teste Ottone Comite de Grunepach. Dat. per manum Chunradi de Chruicheim, Notarii Comitis. (M. B. XI. 225.) | |



## Franconica.

Heinricus Romanorum Rex relaxat omnem pensionem viginti quinque modiorum tritici, ab hominibus Episcopatus Herbipolensis in Bernheim (Mainbernheim), singulis annis curiae Regiae et Scultetis ipsius porrigi solitam. Datum apud Nürenberg in Castris, IV. Non. (2.) Januarii, Ind. V. Regni anno I.

Heinricus, Babenbergensis Episcopus, gravissimo onere debitorum obrutus, ex sacrario majoris ecclesiae depromit tres cruces, ad CL. marcarum argenti pretium aestimatas, pro quibus obligat villam suam in Strullendorf. Act. in Babenberc, sexta feria ante Epiphaniam Domini (4 Jan.) Ind. V.

Henricus, Romanorum Rex, ad ecclesiam Wirceburgensem tradit judaeos Erbipolenses, hactenus ad Imperium spectantes, pro duabus millibus et trecentis marcis argenti. Acta apud Chulingisheim in Castris, anno MCCXLVI, Non. (5.) Februarii, Ind. V. (id est: MCCXLVII, vid supra.)

Heinricus, Romanorum Rex, Hermanno Herbipolensi Episcopo fidem praestat, ne proventus ex judaeis, pro duabus millibus et trecentis marcis argenti ecclesiae ipsius oppignoratis, quandocunque tempore redempti fuerint, in sortem computentur. Acta apud Zulingisheim in Castris. Non. (5.) Februarii, anno MCCXLVI.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa IV. in causa Abbatissae de Corliporta, Cisterciensis ordinis, contra Heroldum de Gellingen, decimas concernente, judices delegat Praepositum et Conventum de Tulbo, Herbipolensis dioecesis. Datum Lugduni VI. (Idus) 8. Aprilis, Pontif. anno IV. |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, Eberacensi monasterio confert jus advocatitium in villa Durringeisen, (Grosgressingen, praef. Burgebrach) ab Hartmudo de Scherenberg. resignatum. Testis: Fridericus Comes de Clettenberg. Actum III. Id. (11.) Aprilis, Ind. V. Pontif. anno XXII. vid. *Zeitschrift* für Baiern, II. 197. |
| 1247. | Egno, Brixinensis Episcopus, Wersoni de Welder (Velder) in feodum confert X. hubas apud Velwen et Vedollevich, cum VIII. hominibus. Actum die Jovis ante Georgii (18. Apr.), per Wersonem apud Fusticinum, et die Sabbati sequenti (20. Apr.) apud Staine. | | |
| 1247. | Berchtoldus, Comes de Graisenpach, collegio sanctimonialium in Schonfeld confert jus patronatus in capella Sancti Michaelis prope parochiam Holtzham. Datum in Graisenpach, feria quinta infra ebdomadam penthecostes, (23. Maii) (M. B. XVI. 267.) | | |
| 1247. | Capituli majoris ecclesiae Ratisponensis statutum, ne alii recipiantur in consortium, nisi nobiles, aut viri liberati, nec fructus distribuantur nisi praesentibus. (Cum sigillis XXI. Canonicorum). Act. anno domini MCCXLVI. Datum autem MCCXLVII. IX. Kal. Junii (24. Maji), Ind. IV. (Confirmatum per Innocentium Papam IV. Data Lugduni XV. Kal. Januarii MCCXLIX. anno Pontif. VII.) vid. *Ried* l. c. num. 425. | | |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Comes de Hennenberg, ob caritatem felicis memoriae Ottonis quondam Comitis de Botenloben, Novalis Sanctae Mariae coenobio, ab eo constructo, concedit, ut currus monasterii per terram Hennebergicam transeuntes ab omni telonio liberi permaneant. Datum in Henneberg XI. Kal. Julii, (21. Junii). |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, Lancheimensi ecclesiae confert villas suas, Lubegast (Leugast, praef. Münchberg), Oberlubegast, Langenbach, Cosere (Kosermühle) Reberch et Hohenberch. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | | a fratribus Walpodonibus comparatas. Act. in Wirmnio, in vigilia Sancti Johannis Baptistae (23. Junii), verbi incarnati MCCXLVII. Ind. V. |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Wernheri, Cantoris et Archidiaconi, et Philippi Canonici Herbipolensis, dictorum de Tanneberg, sententia in controversia universitatis rusticorum de villa Silverchtsdorf (Seubersdorf, praef. Mkt. Erlbach) contra Plebanum ecclesiae de Dietenhoven, nimis raro missarum solemnia in ecclesia filia agentem. Datum et actum in Dietenhoven, in crastino Johannis Baptistae (25. Junii). |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, bona ab Heinrico de Stritbero monasterio Lanchrimensi collata (vid. MCCXXXVII.) confirmat. Act. Ind. V. in natali Apostolorum Petri et Pauli (29. Junii) |
| 1247. | Petrus, Sancti Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis, Apostolicae sedis legatus, Decano Ratisponensi praecipit, ut majoris ecclesiae canonicos per subtractionem proventuum ad residentiam compellat. Datum apud Andernac V. Non. (3.) Julii.<br>vid. *Ried* l. c. num. 427. | | |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sancti Johannis in Houge Capitulum coenobio in Ebera concedit villam Durrengeroya (Grosgressingen). Act. IV. Non. (4.) Julii. |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermanni Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro capella gloriosae Virginis Mariae in Sancti Iacobi Scotorum monasterio. Datum Nonas (7.) Julii. Ind. V. Pontif. anno XXII. |
| 1247. | Albertus, Ratisponensis Episcopus, ad instantiam Wernheri Abbatis, Pruveningensi monasterio incorporat ecclesiam parochialem in Sinzingen. Datum in castro Episcopi Stauffen, V. Id. (11.) Julii. Ind. IV. (V.) Pontif. anno I. (M. B. XIII. 208.) | | |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus, interpellatus per fratrem Ottonem de Botenlouben, monasterii in Frowenrode Provisorem, quatenus de septingentis et quinquaginta marcis argenti, ex legato bonae memoriae patris sui Comitis Ottonis, dicti loci fundatoris, de pretio castri Botenlouben hactenus remanentibus, monasterio Trawenrode satisfaceret, eidem assignat bona in Egenhusen (Eigenhausen), Mechtoldshusen, (Mechilshausen), et Elverichshusen (Elfershausen), superaddendo teloneum lignorum et pecudum, ac precarium civitatis Wirceburgensis. Testes: Marquardus Praepositus. Gotefridus Decanus. Hermannus Decanus Novi Monasterii. Marquardus Orphanus Camerarius. Cunradus Tורre Dapifer. Actum IV. Id. (12.) Julii. Ind. V. Pontif. anno XXII. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Sancti Michaelis in Babenberg Abbas, ad anniversarium per Magistrum Conradum Sagittarium fundatum, nunc jam assignat custodiae proventus de curia Gustat (Gaustatt, praef. Bamberg). Act. Ind. V. |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentii Papae IV. privilegium pro monasterio de Cosliporta Cisterciensis ordinis, Herbipolensis dioecesis, contra quoscunque provisiones per literas Apostolicas. Datum Lugduni (2. Sept.). |
| 1247. | Pataviense Capitulum Alberto de Lihenstorf locat praedium quoddam in Aichae, (Aicha, praef. Pfarrkirchen) ex donatione domini Pabonis, nobilis quondam de Ellinbrechtskirchen, acquisitum. Dat. Pataviae VII. Id. (7.) Septembris. | | |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, monasterio in Langheim appropriat decimam in Rote, (Rothhof, praef. Seszlach) ab Heinrico milite, dicto Alto, pro duobus mansis vulgariter Lehen appellatis, in Wisenfelt (Wiesenfeld, praef. Karlstadt) commutatam. Act. apud Wirceburg mense Septembris. |
| 1247. | Ulricus, Sancti Emmerami Abbas, Waldsassensi monasterio cedit jus suum in praedio Stocchae juxta Lengenvelde. Act. Ratisponae V. Non. (3.) Octobris. | | |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem ad forestarios in Salzforst, quod ad instantiam et petitionem fratris Ottonis de Bodenlouben sanctimonialibus in Vrowenrode usum lignorum in Salzforst, ad aedificia eorum exstruenda, quocunque tempore concesserit. Dat. Wirciburch, mense Octobri Ind. V. Pontif. anno XXIII. |
| 1247. | Ulricus monasterii in Sewen (Seon) Abbas cum conventu Ludewicum Illustrem irrevocabiliter constituit monasterii sui advocatum. Datum in obsidione castri Hadmarsperch, XIII. Kal. Decembris (19. Nov.), Ind. VI. | | |
| 1247. | Privilegium Ludovici Ducis Bavariae, electi advocati Seonensis. Dat. in obsidione castri Hadmarsperch XIII. Kal. Decembris (19. Nov.). (M. B. II. 156.) | | |
| 1247. | Rapoto de Eyzenpach, acceptis ab Heinrico, Praeposito Sancti Nicolai, XLIV. libris Pataviensibus, renunciat structurae in area antiqua ecclesiae Sancti Nicolai. Dat. Pataviae III. Kal. Decembris (29 Nov.). | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus Comes de Hennenberg Hermanno Episcopo Herbipolensi promittit destructionem castri Habesberg, bonisque in Heidenvelt renunciat. Dat. Herbipoli in mense Novembri, Ind. VI, Pontif. Hermanni anno XXIII. *vid. v. Schultes* Hennebergische Geschichte. Th. I, S. 97. |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Praepositus in Triefenstein, Novi Monasterii ecclesiae vendit curiam in villa Grunvelt. Acta Herbipoli Ind. VI, in die Sanctae Luciae (13. Dec.), praesente Domino Hermanno Decano. |
| 1247. | Heinricus, Babenbergensis Episcopus, ex mandato Innocentii Papae IV, Lugduni XV. Kal. Maii (17. Apr.), Heinrico Veteris Capellae Ratisponae Praeposito petitam dat veniam, ut cum eadem Praepositura ecclesiam quoque in Nitenowe, (Nittenau) cum annexis ecclesiis in Vloze (Floss) et Neuenmarcht (Neumarkt), nec non unum vel plura beneficia seu dignitates ecclesiasticas possit recipere. Dat. apud Babenberg Ind. V. | | |
| 1247. | W. Burcgravius de Plein, Theoderico Sancti Zenonis Praeposito pro cultura committit unum mansum in Horbach, alterum in Baesten. | | |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conservatores ordinis beatae Mariae Magdalenae in Allemannia eleemosynas rogant in Herbipoli. Dat. Moguntiae. |
| 1247. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Henricus Comes de Hennenberc ecclesiae in Vrowenrode confert villam Winchels. Testes: Henricus de Cruzingeshusen Pincerna, miles, frater Otto de Botenlouben. |
| 1247. | . . . . . . . . . | Coram B. Ministro et universo collegio civitatis in Nordelingen Dominus Conradus et Herbrandus, frater ipsius, Abbatis de Augia ministeriales, praedia sua in Badelhartshoven et in Holz in manum dicti Abbatis resignant atque vendunt fratribus monasterii de Caesarea pro LXXXIV. libris Werdensibus. Actum publice. | |
| 1247. | Conradus Comes de Wasserburg ecclesiae Frisingensi tradit mancipia, videlicet liberos Asclurini de Leng | | |

 

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | dorf, et Ottonem, dictos Stainsperger, nec non eorundem sororem, Rudgeri de Werde uxorem. | | |
| 1248. | Albertus, Ratisponensis Episcopus, confirmat concambium Chonradi de Hohenvels cum ecclesia Sanctae Mariae in Puchhoven, super plantulo novella praedictae ecclesiae, pro insula apud Chirffenholz factum. Datum apud Stouffe VIII, Januarii, Pontif, anno II. | | |
| 1248. | Albertus de Hals monasterio Altahensi (Niederaltaich) reddit villam in Oberenwerde, quam ipse hactenus ab Episcopo Pataviensi titulo feudali possederat. Actum in Vilshoven V, Kal. Februarii (28. Jan.). | | |
| 1248. | Rodgeri Pataviensis Episcopi consensu Albertus nobilis de Hals Hermanno, Abbati monasterii Altahensis (Niederaltaich), cedit praedium in Oberenwerde. Datum Patavie Non. (5.) Februarii. (M. B. XI. 224.) | | |
| 1248. | H. de Boumgarten Theodorico Abbati de Aldersbach tradit super altare Sanctae Mariae duos fratres, Ottonem videlicet et Fridericum. Dat. Poumgarten III, Id. (13.) Martii. | | |
| 1248. | Otto, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, in recompensationem decimae subtractae in Diengen coenobio Dizzensi donat jus patronatus in ecclesia Niederprunnen Augustensis dioecesis. Act. in castro Wolfstain XVI, Kal. Aprilis (17. Mart.) Ind. VI. | | |
| 1249. | …… | …… | Innocentius Papa IV, Episcopum Herbipolensem, nec non nobilem virum Ducem Meraniae, et Novi Monasterii Cantorem Herbipoli, parthenonis Kitzingensis auxiliatores constituit. Datum Lugduni XV. Kal. Aprilis, (18. Mart.) Pontif. anno V. |
| 1248. | Heinricus de Morspach ad resarcienda damna, ecclesiae Pataviensi illata, castrum suum et filium seniorem Ottonem Episcopo pro familia et servo assignat. Datum Pataviae VII, Kal. Aprilis (26. Martii). | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1248. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1248. | Innocentius Papa IV. ad Praepositos de Raitenbuch et Bollingen, ut possessiones quasdam, monasterio Wezzebrunnensi ablatas, recuperari faciant. Datum Lugduni, V. Id. Aprilis. (9. Apr.) Pontif. anno V. | |
| 1248. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1248. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1248. | Idem ad fratres Minorum nec non ad Vicedominum in Ratispona, ut videant, ne bona Pataviensis ecclesiae per Episcopos distrahantur. Dat. Lugduni V. Id. (11.) Maii. Pontif. anno V. | |
| 1248. | Idem Albertum de Vische, rectorem ecclesiae in Aufkirchen, ad Capitulum Canonicorum Ratisponensem praesentat. Datum Lugduni Idus (15.) Maii, Pontif. anno V. | |
| 1248. | Eistetensi Capitulo decimae in villa Dotenwinden (Teutenwind, praef. Hilpoltstein), ecclesiae in Laibestat quondam appertinentes, redduntur per Conradum dictum de Owe. Data XI. Kal. Junii (22. Maii). | |
| 1248. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |



## Franconica.

Idem ne contra Abbatem montis Sancti Michaelis Bembergae suspensionis vel interdicti sententia, absque speciali mandato, promulgari debeat. Dat. Lugduni III. Non. (3.) Aprilis, Pontif. anno V.

Irmingardis, ad Sanctum Marcum Priorissa, Hermanno Herbipolensi Episcopo tradit bona in Ulenheim, villam Westvildin, montem Wilberch, et montem Sterinberc, a fratre Domus Theutonicorum, Marholfo Juvene de Ulenheim, sibi legata, pro vinetis sub Steine apud Karlstat, et area in Karlstat, decima in Riedera, et foresto in Cramphinest (Gramschatz) in loco Reubstat, sub monte First. Testes: Godefridus Decanus majoris ecclesiae. Hermannus Decanus Novi Monasterii. Heinricus Notarius, Canonicus in Onoldisbach. Conradus Torso, Dapifer. Act. VI. Kal. Maii (26. Apr.) Ind. VI. Pontif. Hermanni anno XXIII.

Albertus Praepositus, Fridericus Decanus majoris ecclesiae in Babenberc, Godefrido Magistro monetae in Babenberg tradunt vineam in Spechvelt. Datum apud Babenberc, Ind. VII. (VI.) in vigilia Sanctae Walburgis (30. Apr.).

Frater Heinricus de Honlo, hospitalis Sanctae domus Teutonicae in Jerusalem Minister, coenobio in valle Sanctorum tradit bona sua in Garnestat, et vineas in Wihselberch, a sorore Berhta de Swanfelt donatas,

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1248. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1248. | Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, egritudinis molestia lecto decumbens, monasterio Diessensi confert proprietatem suam in Schendorf, cum jure patronatus in montis Ellenbege. Acta Ind. VI, XV. Kal. Julii (17. Junii). (M. B. VIII, 184.) | |
| 1248. | . . . . . . . . . | Innocentius Papa IV, ecclesiam Sancti Augustini de Roggenburg, Augustensis dioecesis, sub beati Petri protectione suscipit, et confirmat possessiones in Roggenburg, Innosteten, Breitenstal, Schiezw, Mounzelhoven, Eberhusen, Grosriet, Albendore et Steinberc. Datum Lugduni XII. Kal. Julii (20 Junii) Ind. VI. Pontif. anno V. <br> vid. *Lünig* l. c. Spic. Eccl. III. 435. |
| 1248. | Fridericus Imperator Ottoni Bavariae Duci in feudum confert Comitatum de Nuenburch et Scherdingen, ob perfidiam Ottonis, Meraniae Ducis, proditoris et rebellibus adhaerentis, publicatum. Dat. in Castris in depopulationem Parmensem; per manus Magistri Petri de Vinea, Imperialis aulae Protonotarii, et Regni Siciliae Logothetae. Mense Junii, Ind. VI. | |



Franconica.

Testes: Albertus de Halleberg, Praeceptor Allemanniae; Theodericus de Gruningin, Praeceptor provinciae; Johannes Suzo, Commendator in Mergentheim. Datum Merginthein Id. (13.) Junii.

Otto, Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae, ecclesiae Langheimensi confert villam suam Mistelvelt (Mistelfeld, praef. Lichtenfels) et reddit mansos apud Aldencunstat (Altenkunstatt, praef. Weismain), addito privilegio, ut nullus hominum sub jurisdictione Dominorum in Langheim degens, de caetero ad censas Ducis ire compellatur. Act. Ind. VI. die Viti Martiris (15. Junii).

vid. v. Schultes l. c. pag. 79.

Ussermann pag. 155.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1243. | . . . . . . . . . | Idem Conventualas de Schoenvelt (praef. Zusmarshausen) sub ordinem Cisterciensium unit. Dat. Lugduni V. Kal. Septembris (28. Aug.) Pontif. anno VI. | |
| 1243. | Bertholdus Aquilegensis Patriarcha ratam habet donationem, a nepote suo, Ottone Duce Meraniae, Comite Palatino Burgundiae, in extremis dum laborante, ecclesiae sanctae Mariae in Diezen factam. Datum Aquilegiae XV. Kal. Octobris (17. Sept.), Ind. VI. (M. B. VIII. 152.) | | |
| 1243. | Cedula, de liberis Chunradi de Perge, Frisingensis ministerialis, ex muliere Bertholdo Comiti de Eschenloch propria, aequaliter dividendis. Dat. Frisingae Non. (7.) Octobris. | | |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa IV. confirmat ecclesiam sancti Willibaldi in Engelthal, Eystettensis dioeceseos, et ordinem canonicum, secundum regulam beati Augustini ibidem institutum. Datum Lugduni per manum Magistri Marini, S. R. E. Vicecancellarii, VI. Idus (10.) Octobris. vid. *Martini* Beschreibung des Klosters Engelthal §. VI. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradi de Durne assensu, Conradus de Wagiehoven conventui ecclesiae sanctae Mariae in Seeligenthal vendit advocatiam in Slierstat. Testes Hermannus, Engilhardus, Symon, fratres de Berlichingen. Actum III. Id. (13.) Octobris. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Sifridus, Moguntinae sedis Archiepiscopus, Hermannum Herbipolensem Episcopum rogat, ut nobili viro Craftoni de Bocksberg, in ecclesiae Moguntinae et Wilhelmi Romanorum Regis servitia ingresso, promissas CL. marcas argenti interim eroget. Datum apud Aschaffenburg III. Id. (10.) Novembris. |
| 1243. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus, Herbipolensis Episcopus, dimidietatem decimarum in Segenis (praef. Ohnreut) a Ludewico de Hohenberch monasterio in Ahusen venditam, confirmat. Testes: Frater Albertus Prior ordinis praedicatorum. Wernherus et Henricus, Notarii domini Episcopi. Conradus Tors Dapifer Episcopi, et Hauolus frater suus, Otto Espinvelt et Johannes Pincerna Episcopi. Sifridus Abbas quondam in Ahusen. Datum mense Decembris. Ind. VII. Pontif. anno XXIV. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1245. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1245. | Chounradi Frisingensis Episcopi indulgentiae ad reparationem ecclesiae Sancti Benedicti in Bureno, per ignem devastatae, vid. *Meichelbeck* l. c. num. 89. | |
| 1245. | B, Pataviensis ecclesiae Episcopo Albertus de Hals refutat villam in Oberawerde, feudali titulo possessam. (M. B. XI. 235.) | |
| 1245. | Ulschalkus, Rector hospitalis Sanctae Catharinae, ecclesiae Sancti Magni huicque unitae, unione jam soluta pro restitutione damni a dicta ecclesia recipit quatuor areas, in fundo Sancti Magni sitas. | |
| 1245. | Heinricus Praepositus Werdensis praedium in Stohhaim a C. Comite de Plain ecclesiae suae collatum, sed a domina quadam Criziliath, cognomine Grunnonges, impetitum, pro summa XXXV. librarum Salisburgensis monetae redimit. | |
| 1245. | . . . . . . . . . . | Reinboto miles de Milenhart, ecclesiae Caesariensi donat curiam quandam in Hincheim; cum sigillo illustrium virorum Domini Bertholdi, Comitis de Lechsegemund, Gebehardi, Comitis de Hirzpere. Testes: Comes B, de Graifespach, Comes G, de Hirzpere. Acta in infirmaria monachorum, postea confirmata in praesentia Comitis Berchtoldi de Graifspach et Comitis Gebehardi de Hirzpere, in castro Graifespach. |
| 1245. circiter. | Egno, Brixinensis Electus, dominus de Aichach dimittit a captivitate in Castelrut. | |



## Franconica.

Conradus de Sibenbrunn Eberhardo, Abbati in Ahusen, fundationem anniversarii ex bonis suis in Ullingeswanc (Illenschwang, praef. Dinkelsbühl, vid. MCCXLVI.) augmentat. Testis: Albertus Medicus, monachus.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1248. circiter. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Rudegerus Abbas in Swarzâ et Sigelous Prior, Ebracensi monasterio vendunt mansum unum in inferiori Spiezesheim (Unterspiesheim). |
| 1248. circiter. | Rapoto, Comes Palatinus Bavariae, ministerialibus suis concedit, de omni facultate sua partem convenientem ecclesiae beatae Mariae in Reitenhasela conferre sic quidem, ne omnis justitia sua sibi videat deperire. | | |
| 1249. | Innocentii Papae IV. Bulla, ne interdictum, terris Ducis Bavariae, Friderico quondam Imperatori adhaerentis, impositum, monti obsit et civitati Frisingensi. Dat. Lugduni II. Id. (12.) Januarii, Pontif. anno VI. vid. *Meichelbeck* II. pag. 31. | | |
| 1249. | Idem ad Abbatem de Metten, ut bona ab ecclesia Altaha (Niederaltaich) alienata revocari studeat. Datum Lugduni XVIII. Kal. Februarii (15. Jan.). Pontif anno VI. | | |
| 1249. | Nobilis vir de Starcholtzhoven ecclesiae Frisingensi in dominium proprietatis tradit totam villam Newenhusen. Acta XV. Kal. Februarii (18. Jan.), in domo fratrum de Awe, Monaci. vid. *Meichelbeck* II. 34. | | |
| 1249. | Innocentius Papa IV. ecclesiae Frisingensi indulget, ut per Apostolicae sedis vel Legatorum ejusdem literas ad provisionem beneficiorum ecclesiasticorum compelli nequeat. Dat. Lugduni V. Kal. Februarii (28. Jan.) Pontif. anno VI. vid. *Meichelbeck* II. p. 32. | | |
| 1249. | Testamentum Chunegundis Comitissae de Wazzerburg. Actum IV. Non. (2.) Februarii. vid. *Meichelbeck* II. 32. | | |
| 1249. | Innocentii Papae IV. privilegium, ut Abbas Sancti Emmerami tempore interdicti clausis januis divina celebrare possit. Dat. Lugduni III. Non. (3.) Februarii, Pontif. anno VI. | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1249. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Eistettensis Episcopus, proventus ecclesiae in Sammenheim (praef. Heidenheim) ad usus monasterii in Heidenheim converti indulget. Dat. apud Eistet, Non (5.) Februarii, Pontif. anno III. |
| 1249. | Idem Episcopo Ratisponensi mandat hospitalis Sanctae Catharinae defensionem, contra praedonum, raptorum et invasorum audaciam. Dat. Lugduni VIII. Id (6.) Februarii, Pontif. anno VI.<br>vid. *Ried* l. c. num. 434. | | |
| 1249. | Idem Conventui ecclesiae de Raitenbuch indulget divinorum officiorum celebrationem in generali interdicto. Datum ibidem et eodem. (M. B. VIII. 29.) | | |
| 1249. | Idem monasterio superiori Ratisponae in his iisdem connivet. Datum Lugduni II. Id. (12.) Feb. Pontif. anno VI. | | |
| 1249. | Idem Abbatibus de Ebersberge et Windberg praecipit, ut monasterium Sancti Emmerami super possessionibus suis molestantes per censuras ecclesiasticas compescant. Datum Lugduni XV. Kal. Martii (15. Feb.) Pontif. anno VI. | | |
| 1249. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Babenbergensis Episcopus, comitatum et judicium provinciale in dioecesi sua, tertiam partem nemoris Houtsmor (Hauptsmor), castra Giech, Niesten, Lihtenvels, quae ipsi de morte Ducis Meraniae vacare coeperunt, ad dominium et mensam Episcopi applicat. Testis: Heinricus, Comes de Ortenberch. Act. apud Wolfsperch (in Carinthia) MCCXLVIII. (1249.) mense Februarii, Ind. VII. Pontif. anno IV.<br>vid. *Ussermann* l. c. p. 161.<br>*Oster* II. Versuch S. 265. |
| 1249. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | Heinricus, Comes de Ortenberch, ecclesiae Babenbergensi tradit Heiligen, uxorem Gebehardi de Veltbach. Act. apud Wolfsberch, mense Februarii, Ind. VII. |
| 1249. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . | H . . . Decanus Novi Monasterii Herbipoli, Abbati Sancti Michaelis in Munchsberc Babenbergae secundum literas Innocentii Papae VI. de dato Lugduni Non. Augusti, Pontif. anno VI. (5. Aug. 1248.) mandat, ut Capitulum Babenbergense contra molestatores defendat. Dat. Wirzeburc Kal. (1.) Martii. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | Idem monasterio in Schamhaupten tempore generalis interdicti terrae divinorum officiorum administrationem permittit. Dat. Lugduni IV. Kal. Maii (20. April.) Pontif. anno VI. | |
| 1249. | Henricus, Abbas de Windberg, Willehelmo de Vihta confert curiam suam in villa Pirchach. Datum in claustro Windberg. VI. Kal. Maii (26. April.) Ind. VII. | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | Innocentius Papa IV. licentiam examinandi Praedicatores remittit ad ministros et definitores Provinciales. Dat. Lugduni III. Kal. Junii (30. Maii) Pontif. anno VI. | |
| 1249. | Idem Abbatem Mettensem judicem delegat in causa monasterii Altahensis (Niederaltaich) contra Rudigerum et Ab..... fratres ac Benedictam, matrem de Niwenburg. | |



## Franconica.

G... Comes de Hyrzperch, et L.., junior, Comes de Otingen, ex confessione Ulrici, militis de Stenheim, curiam in Widingencelle (Wolkerszell prope Salach) ecclesiae in Rebedorf addicunt. Acta X. Kal. Aprilis (23. Mart.), in castro Thollinstein.

Hermanni Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro fidelibus suis. Datum Kal. (1.) Aprilis. Ind. VII. Pontif. anno XXIV.

Johannes, Magister hospitalis Sancti Johannis in Herbipoli, Richedi viduae Burchardi Muchemar restituit bona, a marito ejus hospitali Sancti Johannis legata, exceptis solummodo bonis in Berchtheim, Henrico de Rinthure jam pridem venditis. Testis: Hermannus Decanus Novi monasterii. Actum Kal. (1.) Maii. Pontif. Episcopi Herbipolensis anno XXIII.

Babenbergense Capitulum ex voluntate mortui Ducis Ottonis monasterio Langheimensi resignat villam in Mistelvelt (praef. Lichtenfels), sub reservata pensione pro anniversario Dominae Kunze, quae ecclesiae Babenbergensi olim eandem villam contulit. Act. apud Babenberc Ind. VII. Vto die intrantis Maii (5. Maii.)

Fridericus dictus de Kezzelberch Luipoldo, Regalis aulae Magistro coquinae, dicto de Nortenberch, cedit curiam in Rode, decimas in Stetteberch (Stettberg) et in Radolshoven (Cadolzhoven, praef. Leutershausen) nec non bona sua in Swinsdorf (Schweinsdorf, praef. Rothenburg). Act. XXVII. Maii. Ind. VII. Testes: Dominus Comes Ludewicus junior de Otingen, Pincerna Waltherus de Limparch, Cunradus Advocatus de Brettheim.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | tempnum executores testamenti laici cujusdam Gotfridi. Datum Lugduni III. Id. (11.) Junii, Pontif. anno VI. | | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentius Papa IV. mandat iis, qui pro Episcopi Bab[illegible]bergensis redemtione ex carcere bona episcopalis mensae in Cranach et Rosenberc et caetera obligata acceperint, ut sorte contenti, pignora restituant. Datum Lugduni II. Id. (12.) Junii. Pontif. anno VI. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem privilegium Friderici, Romanorum Imperatoris, de anno MCLX., ecclesiae Babenbergensis castra ab omni jure feudali eximens, auctoritate Apostolica confirmat. Dat. Lugduni Idus (13.) Junii. Pontif. anno VI. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem Papae Protectorium contra praedictae confirmationis detractores, in Abbatem Sancti Stephani Herbipoli decretum. Ibidem et eodem. |
| 1249. | Rudgerus, Pataviensis Episcopus, conventui in Alderspach remittit decimas ex vineis suis annuatim solvendas. Dat. in Alderspach V. Kal. Julii (27. Jun.) Pontif. anno XVI. (M. B. V. 375.) | | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem monasterium Langheimense sub beati Petri et sua protectione suscipit. Dat. Lugduni Non. (4.) Julii. Ind. VII.<br>vid. v. *Schultes* l. c. S. 80.<br>*Ussermann* l. c. p. 159. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Ejusdem securitas pro capitulo ecclesiae Honolsbacensis, contra provisiones extraneas et invitas. Dat. Lugduni VI. Id. (70.) Julii. Pontif. anno VII.<br>vid. *Jungs* Misc. pag. 124.<br>v. *Falkenstein* l. c. pag. 55. n. 40. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Itidem pro ecclesia in Haugis, contra provisiones Apostolicas. Datum ibidem et eodem. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Idem ad supplicationes nobilium virorum, Hermanni de Henneberg et Friderici de Kastel, et Abbatissae in Kitzingen, facultatem concedit, proventus unius ecclesiarum parochialium, suae collationis, per biennium in solutionem debitorum monasterii Kitzingensis impendendi. Datum Lugduni V. Id. (11.) Julii, Pontif. anno VII. |
| 1249. | Innocentius Papa IV. Episcopum Ratisponensem conservatorem constituit in causa Abbatis Sancti Emmerami et Plebani ecclesiae de Aigelsted, decimas novalium | | |

Fff

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| | concernente. Datum Lugduni XII. Kal. Augusti (21. Julii), Pontif. anno VII. | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | Idem ecclesiam in Sinzingen, a Ratisponensi Episcopo monasterio Pruviningensi incorporatam, confirmat. Datum Lugduni IV. Non. (2.) Augusti, Pontif. anno VII. (M. B. XIII. 209) | |
| 1249. | Ejusdem mandatum manutenentiae super eadem incorporatione ad Praepositum Rebendorfensem. Ibidem et eodem. (M. B XIII. 210) | |
| 1249. | Garpensis et Rotensis ecclesiae pactum de liberis cujusdam Conradi et Alheidis. Datum Wazzerburch, V. Id. (9.) Augusti. (M. B. I. 385.) | |
| 1249. | Innocentius Papa IV. ad preces Ratisponensis et Eystetensis Episcoporum, et Gebhardi, Comitis de Hirsberg, incorporationem ecclesiae in Herbor, (Hemmau) per bonae memoriae C. Ratisponensem Episcopum monasterio Pruviningensi factam, confirmat. Datum Lugduni Id. (13.) Augusti, Pontif. anno VII. (M. B. XIII. 211.) | |
| 1249. | Idem conventus de Pruvinigen privilegia contra exactiones indebitas, advocatiae infeudationes et alienationes confirmat. Datum Lugduni XVII. Kal. Septembris, (16. August.) Pontif. anno VII. | |
| 1249. | Idem Praeposito in Rebedorf privilegia ista manutenenda committit. Datum Lugduni XVI. Kal. Septembris (17. Aug.), Pontif. anno VII. (M. B. XIII. 212. et 213.) | |



Franconica.

Heinricus, Babenbergensis Episcopus, monasterio Sancti Theodori confert XXX. solidos Babenbergensis monetae, ab Hermanno et Friderico fratribus civibus in Babenberg, filiis quondam Sifridi, dicti Alld, resignatos, ita tamen, ut celebretur tricesimus Gertrudis, Comitissae Palatinae, ejusdem ecclesiae fundatricis. Testes: Eberhardus de Slüzelbere. Fridericus Walpoto. Act. apud Babenberc. Ind. VII. XXI. die mensis Julii.

 

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1249. | Idem ad Episcopum Ratisponensem, ut Ducem Bavariae, monasterio Priviningensi possessiones quasdam, ex concambio cum fratre Ducis acquisitas, detinentem, censura ecclesiastica adigat. Datum Lugduni V. Hal. Septembris (28. Aug.), Pontif. anno VII. | | |
| 1249. | Idem supplicante Abbate in Privining prohibet ludos plurimum inhonestos, quos clerici et scolares juvenes civitatis Ratisponensis in festo nativitatis Domini annuatim exerceat, monasterium Briviningense armata manu accedentes, familiam inhoneste tractantes, equos, boves violenter auferentes, insolentias quoque ac ludibria plurima, interdum cum sanguinis effusione, agentes. Datum ibidem et eodem. | | |
| 1249. | Hermannus, Dux Austriae et Styriae et Marchio de Baden, coenobio Raitenhaslacensi innovat immunitatem a teloneis Austriacis. Dat. Chremse III. Hal. Septembris (30. Aug.). (M. B. III, 145.) | | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus a fratribus domus Teuthonicae Herbipoli emit omnia bona, ex parte filiorum felicis memoriae Waltheri de Burcheim huic domui devoluta. Datum in mense Augusto. Ind. VII. Pontif. anno XXIV. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Bertoldus, Advocatus de Windeheim, de licentia Domini sui, Siberti de Windeheim, Heinrico, Abbati in Ebera delegat mansum unum apud Ampherbach (Ampferbach, praef. Burgebrach). Act. Ind. VII. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Iringus de Cunstat, postquam ex temeraria praesumtione coepit aedificare castrum in proprietate monasterii Langheimensis, eidem pro digna satisfactione offert possessiones suas in Iseulingen (Isling), Cedeliz, (Zettliz), Theliz, (Theeliz, omnes in praef. Lichtenfels) Stenge, (Stengelhof, praef. Teuschnitz) Breihendorf, (Oberstdorf) Wolfloch (Wolfslach), Tufsendorf (Tauschendorf, praef. Weismain), et Hoinstat (Hochstatt, praef. Lichtenfels). Acta Ind. VII. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus vindicat vineas quasdam in Stammheim, ab Hertmanno Sezenegel cive Herbipolensi, emtas. Acta Ind. VII. Pontif. anno XXIV |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Praepositus in Hitzingen Mehtildi Abbatissae ibidem pro anniversario delegat decem agros vinearum apud Stokheim. Actum Ind. VII. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gotfridus, miles de Sawensheim et uxor sua Gisela, consentiente Domino suo Conrado de Brunchke, Heinrico Abbati in Ebera donant curiam in Hemmersheim, (praef. Uffenheim). Acta in Kitzingen Ind. VII. |
| 121. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Hermanno, Herbipolensi Episcopo, Heinricus Custos ecclesiae Onolsbacensis, et Gebehardus Canonicus, officio custodiae legant bona quaedam in Onolsbach, Eichenbach et Langenloch (Langenloh praef. Heilsbronn), de manu Marquardi, Praepositi Onolsbacensis, in feodum procedentia. Dat. in festo nativitatis Sanctae Mariae (8. Sept.), Ind. VII. Pontif. anno XXIV. |
| 1249. | Rudigerus, Pataviensis Episcopus, Hermanno Abbati Altahensi, (Niederaltaich) thelonei immunitatem in muta Patavii indulget. Datum apud Altahense IV. Id. (10.) Septembris, Pontif. anno XVII. (M. B. XI. 226.) | | |
| 1249. | . . . . . . . . . | Innocentius Papa IV. conventui monialium de Wihemberch, ordinis Sancti Augustini, libertatem facit celebrandi sacra tempore interdicti. Dat. Lugduni XII. Kal. Octobris (20. Sept.) Pontif. anno VII. | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Innocentii Papae IV. indulgentiae pro ecclesia S. Petri in Wilzburc (praef. Weissenburg). Dat. Lugduni XII. Kal. Oct. (20. Sept.) Pontif. anno VII. |
| 1249 | . . . . . . . . . | Idem monasterio Sancti Udalrici in Augusta tempore generalis terrae interdicti officiorum administrationem permittit. Dat. ibidem et eodem. (M. B. XXII. 216.) Similiter monasterio Sancti Michaelis in Fultenbach, ordinis Sancti Benedicti. Dat. eodem et ibidem. | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Transactio inter Sibertum de Windsheim, Sibertum filium ejus, et ecclesiam Babenbergensem, de prole hominum ipsorum inter ipsos communi. Act. apud Babenberg. Ind. VII. in die Mathei Apostoli, (21. Sept.) Pontif. Episcopi Heinrici anno IV. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1249. | . . . . . . . . . | Idem ad Abbatem Schyrensem, ut monasterium de Weltenbach (Fultenbach, praef. Dillingen) per proximum triennium defendat. Dat. Lugduni X. Kal. Octobris (22. Sept.), Pontif. anno VII. | |
| 1249. | . . . . . . . . . | Idem monasterio Ottenburano indulget, ut officia divina tempore interdicti celebret. Dat. Lugduni, die II. Octobris, Pontif. anno VII. | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Innocentii Papae IV. mandatum ad Decanum et Scolasticum Herbipoli. de revocandis bonis monasterii in Halsbrunn illicite distractis. Dat. Lugduni III. Non. (5.) Octobris, Pontif. anno VII. vid. *Hocker* l. c. pag. 88. num. 14. |
| 1249. | . . . . . . . . . | Gebwinus, Abbas Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta, pro anniversario suo offert duas libras de pensionibus molendini Schwalmul. Acta die VIII. Octobris. (M. B. XXIII. 7.) | |
| 1249. | Innocentius Papa IV. monasterii Walrebach (Walderbach) possessiones confirmat. Datum Lugduni V. Id. (11) Octobris. Pontif. anno VII. | | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem monasterium Hailsbrunnense sub beati Petri et sua protectione suscipit. Dat. Lugduni V. Id. (11.) Octobris. Ind. VIII. Pontif. anno VII. *Ibidem* l. c. pag. 87. n. 13. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem monasterium Ebracense sub beati Petri et sua protectione suscipit. Dat. Lugduni IV. Id. (12.) Octobris. Ind. VIII. Pontif. anno VII. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem Decanum et Scholasticum Novi Monasterii Herbipoli judices constituit in causa Hospitalis Sancti Egidii Babenbergae, contra Conradum dictum Craz, Hermannum et Eberhardum de Stolzenrot, super litigiosis possessionibus. Dat. Lugduni V. Kal. Novembris (28. Oct.) Pontif. anno VII. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Theodericus de Eailnhusen Borsindi Abbatissae in Mechdebrunne post mortem suam delegat octo jugera vinearum et sex agros in villa Eailnhusen. Testis: Reinherus Abbas. Acta in vigilia omnium Sanctorum. (31. Oct.) |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | . . . . . . . . . | Innocentius Papa IV. Ottenburanos ab omni irregularitate absolvit. Dat. Lugduni mense Novembris. |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1249. | Idem Ratisponae Canonicos ab omni ecclesiastico interdicto, quod non speciali Papae mandato innitatur, eximit. Dat. Lugduni XVI. Kal. Januarii (17. Dec.) Pontif. anno VII. vid. *Ried* l. c. num. 432. | |
| 1249. | Idem Ebersbergensi monasterio indulget, divina celebrare, non obstante interdicto, terrae Ducis Bavariae opposito. Dat. Lugduni XVI. Kal. Januarii. (17. Dec.) Pontif. anno VII. | |
| 1249. | Idem capituli Ratisponensis statutum, ne canonicorum domus personis inhonestis locentur, confirmat. Dat. Lugduni XV. Kal. Januarii (18. Dec.) Pontif. anno VII. vid. *Ried* l. c. num. 434. | |
| 1249. | Ejusdem mandatum monitorium eodem in re ad Capitulum Frisingense. Datum ibidem et eodem. | |
| 1249. | Idem Ratisponensis Capituli statutum, administrationem communium proventuum loco praepositi uni ex canonicis injungens confirmat. Datum ibidem et eodem. vid. *Ried* l. c. num. 433. | |
| 1249. | Idem ejusdem capituli statutum, ne canonicorum quisquam suspectus, vel laesae famae, aut levis opinionis | |



Franconica.

Hermanni Herbipolensis Episcopi consensu Fridericus, Abbas ad Sanctum Stephanum, Lutoldo de Guntersleben, familiae hujus ultimae prosapiae, pro decimis in Guntersleben sorpius impositis exhibet octoginta marcas argenti. Testis: Gotefridus Decanus. Acta in mense Octobri. Ind. VII. Pontif. Hermanni anno XXV.

Hermannus Herbipolensis Episcopus Friderico, Sancti Stephani Abbati, novellandam concedit silvulam villae Hochheim (Veitshöchheim) et villae Gademe (Geden) adjacentem. Actum in mense Novembri. Ind. VIII. Pontif. anno XXV.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | ad communes capituli tractatus admittatur, confirmat. Dat. ibidem et eodem. vid. *Ried* l. c. num. 441. | | |
| 1249. | Idem consuetudinem Ratisponensis ecclesiae, ut duo ex ecclesiae vicariis in majori altari missarum solemnia celebrare possint, confirmat. Lugduni ibidem et eodem. vid. *Ried* l. c. num. 442. | | |
| 1249. | Idem ejusdem capituli statutum super residentia canonicorum approbat. Dat. ibidem et eodem. vid. *Ried* l. c. num. 440. | | |
| 1249. | Idem Episcopo Ratisponensi concedit facultatem absolvendi cives Ratisponenses, interdicto suppositos. Lugduni ibidem et eodem. vid. *Ried* l. c. num. 439. | | |
| 1249. | Philippus, Electus ecclesiae Salisburgensis, Walthero Abbati monasterii Raitenhaslach libertates confirmat. Dat. in Mittersel VI. Kal. Januarii (27. Dec.) MCCL. Ind. VIII. (i. e. 1249.) | | |
| 1249. | Idem dicto monasterio confirmat ecclesiam Perchirchen. Ibidem et eodem. Testis: Chunradus Comes de Wazzerburch. | | |
| 1249. | H.. Eystettensis ecclesiae Episcopus confirmat coenobium Felicis Portae (Seligpforten prope Neumarkt), ordinis Cisterciensis, a Gotheſrido Solzburc et uxore Adelheide in praedio suo pro ancillis Christi instructum et dotatum, cum praedio ipso, in quo coenobium situm est, nec non cum curiis in Hatenhusen, Riut, Peplensbach, Wiprechtsdorf, Mersdorf, Rechohofen, quibus Cunradus junior de Solzburc possessiones suas adjunxit | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1249. | in Phafenhoven, Brune et in Bechenbach. Acta Ind. VII. Pontif. anno II. vid. v. *Falkenstein* Cod. dipl. p. 46. | | |
| 1249. | . . . . . . . . . | Sibotto, Augustensis Episcopus, G. Praeposito in Weinhusin confert decimam in Hamirstein. Actum anno *gratie humanate*. Ind. VII. | |
| 1249. | Conventus Sanctae Mariae in Niedernburg officinam passagii in insula, a Perchtoldo hactenus possessam, confert sororio ejusdem Irnfrido. Acta Pataviae. | | |
| 1249. | Ulricus Abbas ex jugeribus in monte Pentlingen, versus Danubium, a Carolo Marschalco resignatis, unum confert filiis Mospurgarii. | | |
| 1249. | Ulricus, Abbas de Sancto Emmeramo Ratisponae, locatori molendini sui in Friesheim annuale servitium sex scapharum frumenti ad dimidium usque remittit. | | |
| 1249. | H... et E... et E... fratres et Advocati de Strasberch, monasterio Waldsassensi conferunt decimam in Cunsrute, ab Episcopatu Ratisponensi concessam, et Walthero de Rachem subfeudatam. | | |
| 1249. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Conradi, Coloniensis Archiepiscopi et Apostolicae Sedis per Regnum Theutoniae Legati, indulgentiae pro fratribus Praedicatorum Herbipoli. |
| 1249. circiter. | Ulricus, Abbas de Sancto Emmeramo, usumfructum areae cujusdam, in strata tonsorum prope veterem Sancti Blasii structuram, matronae Guntae concessae, ad mariti Bertholdi et fratris ejus Sifridi vitae tempus extendit. Testes: Ruppoto Scultetus, Gerhardus Hansgravius. | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Henricus et Hermannus de Hennenberg, et Fridericus de Castel, Comites, Domino suo Hermanno, Herbipolensi Episcopo, tanquam fideles et officiati sui, assistere promittunt contra omnem hominem et stare |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1250. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1250. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1250. | Innocentius Papa IV statutum Episcopi Ratisbonensis, a singulis ecclesiis duorum solidorum summam, Cathedratici nomine exigendi, confirmat. Lugduni II. Kal. Februarii (31. Januar.) Pontif. anno VII. vid. *Ried* l. c. num. 445. | |
| 1250. | Idem clero Ratisponensi indulget, ut interdicti tempore divina officia clausis januis celebret. Ibidem et eodem. vid. *Ried* l. c. num. 446. | |
| 1250. | Philippus, Salisburgensis Electus, Waltherum, Abbatem in Raitenhaslach, una cum salina in protectionem suam recipit. Dat. in Werven VIII. Id. (6) Februarii, Ind. VIII. | |
| 1250. | . . . . . . . . . . | Gerungus et Robenius, fratres, ecclesiae Sanctae Mariae in Medingen donant pomerium et aream in Chunzingen. Acta Idus (13.) Februarii, Ind. VIII. |
| 1250. | Innocentius Papa IV, capituli Ratisponensis quascunque possessiones confirmat. Datum Lugduni V. Kal. Martii (24. Feb.) Ind. VIII. Pontif. anno VII. vid. *Ried* l. c. num. 455. | |



## Franconica.

coram ejus judicio super omnibus quaestionibus. Testes: H... Decanus Novi Monasterii, Giso Praepositus in Houge. Actum Ind. VIII. Non. (5) Januarii.

Hermannus, Herbipolensis Episcopus, ex indulto Cunradi Coloniensis Archiepiscopi et Apostolicae sedis Legati per Teutoniam, X. Kal. Januarii (23. Decemb.) anno Domini MCCLIX. exarato, ad reparandam ruinosam ecclesiam cathedralem Herbipoli ordinat unius anni praebendas, post evolutum annum gratiae applicandas, approbantibus Marquardo Praeposito, Arnoldo Decano majoris ecclesiae. Datum Herbipoli III. Id. (11.) Januarii, Ind. VIII. Pontif. Hermanni anno XXV.

Idem emtor advocatiae et bonorum in Swebenried, Scrotoni de Scrotesberg quosdam constituit fidejussores. Datum Herbipoli Id. (13.) Januarii Ind. VIII. Pontif. anno XXV.

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
| --- | --- | --- |
| 1250. | Heinricus Babenbergensis Episcopus ne quispiam de advocatia in Provueningen, ad ecclesiam Babenbergensem pertinente, infeodetur, suscipit. Datum apud Vorcheim IX. Marcii, Ind. VIII. (M. B. XIII. 215.) | |
| 1250. | Innocentius Papa IV. ad Frisingensem, Ratisponensem et Augustensem Episcopos, ut collectoras instituant pro reparatione ecclesiae Sanctae Mariae in Inderedorf, per incendium consumptae. Datum Lugduni XV. Kal. Aprilis, (18. Mart.), Pontif. anno VII. | |
| 1250. | Ejusdem indulgentiae pro ecclesia Undensdorfensi, interdicti tempore. Datum ibidem et eodem. (M. B. X. 249.) | |
| 1250. | . . . . . . . . . | Gerungus de Eringen et Rabno Pincerna ac Comitis de Oetingen ministeriales, fratres, ecclesiae Sanctae Mariae in Ahusen ad elemosynam faciendam offerunt LVI. libras Hallensium, dimidiam partem agri apud Margersheim et curiam in Eringen (Ehringen prope Wallerstein). Datum XIII. Kal. Aprilis (20. Mart.). Testis: Conradus Dapifer de Rechinberch. |
| 1250. | Conradus, Romanorum Rex electus, monasterio in Pollingen concedit usum nemoris Aicholz, prope Mozmul. Datum Augustae mense Martii, Ind. VIII. (M. B. X. 51.) | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . |
| 1250. | . . . . . . . . . | Chunradus, in Regem electus, hospitale Sanctae Mariae in Nördlingen ab |



| Franconica. |
| --- |
| Heinricus Babenbergensis Episcopus Herbipolensi Episcopo concedit facultatem, ut redimat advocatiam Therisiensem, Wolframo de Zabelstein pro centum et triginta marcis Babenbergensis monetae obligatam. Datum apud Babenberg Ind. VIII. mense Martio. Pontif. Henrici anno VI. vid. *Schannat* Vindemiae; Collectio I. pag. 123. |

| Annus | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | omnibus exactionibus eximit. Datum apud Nordlingen, mense Martii. | |
| 1250. | Innocentius Papa IV. Ecclesiae Frisingensi, in qua ex constitutis XXX. Canonicis praeter IV. aut V. praesentes raro remanent, fructus praebendarum injuste absentium adjudicat praesentibus. Dat. Lugduni Kal. Aprilis (1. Apr.), Pontif. anno VII. | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | Innocentius Papa IV. Archiepiscopo Moguntino mandat, ut impios, monialium in Medingen possessiones invadentes, per censuras deterreat. Dat. Lugduni Non. (5.) Aprilis. | |
| 1250. | . . . . . . . . . | Idem moniales ecclesiae Sanctae Mariae in Medingen ab omnibus decimis novalium liberat. Dat. ibidem et eodem. | |
| 1250. | Idem mandat Abbati Sancti Emmerami, ut Episcopum Ratisponensem armata manu contra Fridericum, quondam Imperatorem, procedentem, ab irregularitate dispenset. Lugduni VIII. Id. (6.) Aprilis, Pontif. anno VII. | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus Comes de Chastel et uxor sua, Domina Bertha, dicta de Hennenberc, vendunt Gotfrido Hacoui, Heinrico de Svallungen, Rudigero Sculteto curiae, Gernodo fratri suo et Gotfrido Magistro coquinae, Herbipolensibus militibus, pro sexaginta marcis argenti, bona sua in Stammheim, a milite Soschau quondam comparata, et quae Scultetus Comitis in Isenheim possedit in Stamheim, superaddentes insulam in Isenheim (Ober-Eussenheim), et piscariam ibidem. Acta IV. Id (10.) Aprilis. (Charta rasa.) |
| 1250. | . . . . . . . . . | Gerungus de Eringen beatae Virgini in Keysesheim tradit dimidium mansum in Eringen. Sub sigillo Domini sui Ludevici *Palatini Bavariae* et Comitis in Oetingen junioris. Praesente nobili Viro Domino Rudolfo de Alta domo et | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| | | Ulrico de Steinheim. Facta XVI, Kal. Maii (16. April.). | |
| 1250. | Hugonis, Cardinalis et Legati Apostolici, mandatum ad Henricum, Papae Poenitentiarium, de aliis quibusdam causis in partes Bavariae transmissum, ut Ducem Bavariae dehortetur ab ecclesiae Frisingensis molestatione. Dat. Lugduni XI. Kal. Maii (21. April.), Pontif. anno VIII. vid. *Meichelbeck* II, 36. | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Theoderici Nuwenburgensis et A... Constantiensis Episcoporum indulgentiae pro ecclesia fratrum Praedicatorum Herbipoli. Datum X. Kal. Maii (22. April.). |
| 1250. | Ulricus Weihenstephensis Abbas Conrado de Puhalar vendit praedium suum in Puhalar. Acta VII. Kal. Maii (25. Apr.), Ind. VIII. | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus Conrado Dapifero, dicto Thorso, pro centum et viginti marcis argenti obligat curiam, quae Comitis Eckehardi appellatur, castrumque Rothenbauer. Actum apud Herbipolim II. Kal. Maii (30. April.), Pontif. anno XXVII? |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Fridericus, Abbas Sancti Stephani Herbipoli, Alberto ejusque sorori Gertrudi, vendit duo jugera apud Steinebuhel (Steinbühl). Actum feria secunda proxima post ascensionem Domini, (9. Maii). |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Albertus et Arnoldus de Offenheim Hermanno Herbipolensi Episcopo tradunt quaedam bona in Tagestetten (Dachstetten, praef. Leutershausen), Comiti de Helfenstein feudali titulo conferenda, ut ecclesiae in Halsbrunnen praetensum dominium directum in media parte vineae in Randesacker, sitae in monte dicto Hohenrode, renunciet. Dat. Herbipoli XV. Kal. Junii (15. Maii), Ind. VIII. Pontif. anno XXV. |
| 1250. | Petrus, Episcopus Albanensis et Apostolicae sedis Legatus, Ducem Bavariae commonet, ut agnoscat Vicedominum Ratisponensem, a capitulo ad Episcopatum Pataviensem, loco Rudigeri depositi, electum. Dat. Leodii XVI. Kal. Julii (16. Junii). | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1250. | Idem promulgat depositionem Reginarii Episcopi, et substitutionem Berchtoldi, Ratisponensis Vicedomini. Eodem. | | |
| 1250. | Ulricus, Sancti Emmerami Abbas, ex mandato Innocentii Papae IV, dato Lugduni VIII. Id. (8.) Martii, Pontif. anno VII, Guarnerium, Ratisponensis Capituli Clericum, ad beneficium vacans praesentat. Dat. Ratisponae X. Kal. Julii, (22. Junii). | | |
| 1250. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Heinricus, Babenbergensis Episcopus, monasterio Langheimensi dimidiam partem decimae in Rumoltrude (Rümersreuth, praef. Lichtenfels) a Randolfo, Heinrici de Sunnenbere et Eberhardi, filii Marschalci de Turnou homine, cultam, cum altera parte confert. Dat. in vigilia beati Joannis Baptistae (23. Jun.). Ind. VIII. |
| 1250. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Coram eodem Otto de Lobenstein monasterio Langheimensi resignat jus advocatiae in Hasela (Haslach) et Richenbach (Reichenbach, praef. Teuschnitz) pro equo uno valente VI. talenta, et pro una carrata vini. Dat. eodem. |
| 1250. | . . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Coram eodem nobilis vir, Fridericus, dictus Walpoto de Suerace, locum Lubgast (Leugast, praef. Münchberg) et adjacentes villas, quas fratres de Lancheim ex munificentia Ducis Meraniae, post ipsius obitum, possederant, impetens, acceptis decem talentis de tertia tantum parte villarum contentum fore promittit. Dat. eodem. |
| 1250. | Otto, Dux, hospitali Sanctae Catharinae transpontem Ratisponae, pro recepta curia in Teichelhoven donat quinque areas, hospitali adjacentes, et hortum insuper. Datum Ratisponae VI. Id. (10.) Julii. Ind. VIII. | | |
| 1250. | Fratres in Schelern Praeposito in Fiherting (Eyhering) vendunt curiam suam in Tal, pro XII. talentis, quibus sese ad praestandas exactiones Ducis Ottonis de thesauro ecclesiae Judaeis obligaverint. Acta Ind. VII. (VIII.) praesidente in ecclesia Sancti Dionysii Martyris Berhtero, Praeposito, in die septem fratrum dominica (10. Julii). | | |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1250. | In causa monasterii Diessensis et militis de Augusta, dicti Sicer, decimae ex praediis in Bridrichingen, duobus molendinis ibidem, et agris Vorecher et Waltsher dictis, dicto conventui Diessensi adjudicantur Acta VII. Kal. Augusti (26. Julii). Ind. VIII. | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem cunctos, qui feuda in villa Mistelvelt M istelfeld, praef. Lichtenfels) tenent, dehortatur, ne titulo infeudationis monasterium Langheimense molestare praesumant. Dat. Ind. VIII. II. Kal. Augusti (31. Julii). |
| 1250. | Lautwibus de Capella, civis Ratisponensis, monasterio Pruviningensi reddit domum quandam et aream, Ratisponae apud stabulum sitam, injuste hactenus possessam. Acta in domo communitatis Ratisponensis, pridie Id. (12.) Augusti, feria VI. ante assumptionem Mariae. | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus, dominabus de Coeliporta tradit aream sitam super Mogum, dictam Scottenowe, quam filii Sweigerarii hactenus ab ecclesia Herbipolensi titulo feodali possederant, ut ibi claustrum suum transferant. Datum X. Kal. Octobris (22. Sept.) Ind. VIII., Pontif. anno XXVI. |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem ecclesiae majoris Canonicis concedit decimam lacus in Ethelsiben (Eltleben), eo pacto, ut consanguinei Episcopi, Albertus Archidiaconus et Otho Custos, ipsam jure haereditario possint possidere, et in unum Canonicorum post ipsorum mortem transferre. Datum in Hebenstat IX. Kal. Octobris. (23. Sept.) Ind. VIII., Pontif. anno XXVI. |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Coram Heinrico, Babenbergensi Episcopo, Uto, Camerarius ecclesiae Sancti Michaelis in Babenberg, cum Gunthero, cive, filio Conradi antiqui Monetarii, super quadam domo et horto in pede montis ecclesiae in loco Richersperc, amicabiliter transigit. Dat. apud Babenberg. Ind. VIII. |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Idem monasterio in Lancheim confert bona Ottonis in den Pfauhen, apud Wolfloch (Wolfsloch, praef. Lichtenfels) per illum ab Iringo de Cunstat acquisita, substituta Episcopo, et Friderico Walpotoni, pro nexu feudali, proprietate Ottonis in Lintendorf. Act. publice, in provinciali judicio Episcopi, apud Ruainevelt. Ind. VIII. |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . . | Innocentius Papa IV. monasterium S. Petri in Wileeburg in protectionem suam suscipit. Dat. Lugduni V. Kal. Novembris (28. Oct.). Ind. IX. Pontif. anno VIII. vid. *Jungs* antiq. Monast. in Wilzb. p. 10. *Falkenstein* Nachrichten S. 53. n. 39. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
| --- | --- | --- | --- |
| 1250. | Ratisponense Capitulum, Wernherum, Priviningensem Abbatem, compellit ad restituendam et praestandam veteris Capellae Praeposito pensionem annuam quadraginta modiorum siliginis. Acta Ratisponae in veteri Capella, Non. (5.) Novembris. | | |
| 1250. | . . . | . . . | Erhardi Dapiferi, et Marquardi Crusonis, militum et civium Herbipolensium, consensu, Helwicus de Reilshindis Thiderico, Magistro curiae Halsprunnensis in Randersacker, vendunt agros sationales villae Gerbrunne (praef. Wirceburg). Testes: Erchardus Dapifer. Wolframus Scultetus de Gerbrunnen, Heinricus filius suus de Stocheim. Dat. Id. (15.) Novembris. Ind. IX. |
| 1250. | Ratisponensis Cathedralis Capituli literae ad clerum, pro impetrando subsidio charitativo in ecclesiae fabricam. Dat Ratisponae X. Kal. Decembris, (22. Nov.)<br>vid. *Ried* l. c. num. 450. | | |
| 1250. | Albertus, Ratisponensis Episcopus, Chunradum Plebanum de Langendorf cum suis sociis mittit ad Praelatos et Plebanos dioecesanos suae, ut pro emendatione Cathedralis ecclesiae pias colligat eleemosinas et grata subsidia. Dat. apud castrum Stouffe VII. Kal. Decembris (25. Nov.). Ind. VIII., Pontif. anno IV.<br>vid. *Ried* l. c. num 451. | | |
| 1250. | Ulricus, Tegernseensis Abbas, decimam in Perge, quam Henricus Chuchlinger civis Monacensis habet in feudum, post mortem ejus sibi vindicat. Act. in Tegernse VII. Id. (7.) Decembris. | | |
| 1250. | Otto, Palatinus Rheni, Dux Bavariae, provisionem ecclesiae in Umbelsdorf, pleno jure ad Episcopatum Ratisponensem respicientem, revocat. Datum Ratisponae XV. Kal. Januarii (18. Dec.). Ind. VIII.<br>vid. *Ried* l. c. num. 452. | | |
| 1250. | . . . | . . . | Conradus de Rishenberch et uxor ejus Irmengardis, consensu filiorum Johannis et Ludvici, Hermanno Episcopo Herbipolensi vendunt dimidietatem castri Wernecke. Actum mense Decembri, Ind IX, Pontif. anno XXVI. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. | Franconica. |
|---|---|---|---|
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus, venditi sibi pro media parte castri in Wernech pretium constituit quadringintas marcas argenti, cum proventu unius praebendae in majori ecclesia, et hujus nominatim quidem Conradi de Swarcenberc, propter infirmitatem continuo absentis. Datum Herbipoli XVI. Kal. Januarii (17. Dec.). Ind. IX., Pontif. anno XXVI. |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Henricus Abbas Tharisiensis Hermanno Herbipolensi Episcopo vendit silvam quandam, dictam Eichelbul, post mortem Thimonis de Urheim ad monasterium devolutam, cum duobus mansis in Branberch et unomanso in Silbach Actum mense Decembri. Ind. IX. Pontif. anno XXVI. |
| 1250. | Chunradus Plebanus in Walde, frater militum in Münenbach, ecclesiae Inderndorfensi donat hubam in Otmarshart, quinque talenta ex manso in Schillenhoven, et quatuor talenta ad sepulturam suam. (M. B. XIV. 149.) | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Coram Henrico de Salbach, ceterisque civibus de Wizzenburc, Fridericus miles de Closheim donat ad claustrum sororum in Wizzeburc bona sua in Auwe. |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Rupertus, Abbas in Ahusen, Heinrico, cognomento Fuchs, dicto de Thitcheim, locat bona sua in Thitenheim (Dittenheim praef. Heidenheim). |
| 1250. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Hermannus Herbipolensis Episcopus in jus censuale vindicat recipitque Eberhardum, Heinricum, Hermannum et Pcpponem de minori Lancheim, ex parentela feminarum Einhildis et Irmengardis originem ducentes. |
| 1250. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Gotfridus de Toutingen Sancto Johanni Baptistae in Rebdorf donat praedium suum in Pouch. |
| 1250. circiter. | Chunradus de Riepach praedium quoddam, Steinpach, obtinet ab ecclesia Owensi. (M. B. I. 207.) | | |
| 1250. | . . . . . . . . . | Capitulum Eistetense ex delegatione Apostolica Abbati Caesariensi addicit patrimonium Heinrici, nobilis viri de Staichdorf, in inferiori parte Gundelvingen. | |
| 1250. circiter. | . . . . . . . . . | . . . . . . . | Adelheidis Comitissa de Rieneck, cum Ludovico et Gerhardo filiis, coram Cisterciensi Capitulo generali obtestatur, falsum esse, quod coenobium in Schönau per insolentias et rapinas Comitum de Rienecke ad desolationem perducatur. vid. *Stumpfs* Denkwürdigkeiten III. Heft S. 55. |

| Annus. | Bavarica. | Alemanica. |
|---|---|---|
| 1250. circiter. | Heinricus Dominus de Welſsberch, sororis dominorum de Schoweburch maritus, in dotem recipit curiam in Terves et Mais, omnes homines infra nemus Schernzwalt, et omnes possessiones in tribus Episcopatibus. In praesentia Comitis G. de Hirzperch. Comitis Ulrici de Hellenstein. Domini Heinrici Absperch. | |
| 1250. circiter. | . . . . . . . . . | Gebehardus, miles quondam Augustensis Episcopi, Domini Sibotonis, Caesariensi coenobio post obitum suum resignat bona sua in Niuwen Wilaere et in Biberbach. |
| 1250. circiter. | Heinricus, Abbas Sancti Johannis in Stams fratribus in Caesarea tradit Cuonradum de Luterbach et fratrem ejus Cuonradum, ecclesiae suae in Stams censuales, sic quidem, ut mortuaria eorum inter ecclesiam suam et ipsos fratres aequaliter dividantur. | |
| 1250. circiter. | Heinricus, Comes de Ortenberch, fratribus ecclesiae Sancti Nicolai confert molendinum Kumpfmuhl et duo beneficia, Heldingsperg et Gemtobel. Testis: Chuonradus Comes de Wazzerburch. | |

Norimbergae,
ex officina Gustavi Philippi Jacobi Bielingii.

V 654/24 50 Bog. 450
1 Bildtaf.
1 Karte

V 654/24 50 Lag 450
1 Schild
1 Karte

STÄDT. BUCHBINDEREI
DÜSSELDORF